



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


Ital.

463

2370

Ital 463 Hetta.

Ital 463.



<36614259510012

<36614259510012

Bayer. Staatsbibliothek

ANTONII STELLAE
CLERICI VENETI,
ELOGIA VENETORVM
NAVALI PUGNA
ILLVSTRIVM,

Ad Sereniss. Reip. Venetæ Principem,
Laurentium Priolum.

CVM PRIVILEGIO.

22

LIBER PRIMVS.



VENETIIS, Vincentius Valgrisius
excudebat. M. D. LVIII.

Die Städte und Dörfer des Kreises
Baldern sind nach folgender
Tabelle aufgeführt:
Die Einwohnerzahlen sind
auf den 1. Januar 1905

Städte und Gemeinden

Einwohnerzahlen
Baldern
Stadtteilgruppe
Münster

AD SERENISS. ATQUE
ILLVSTRISS. PRINCIPEM,
LAURENTIVM PRIOLVM,
VENETAE REIP.
DVCEMOPT.

In Elogia Venetorum , nauali
pugna Illustrium ,

ANTONII STELLAE
Clerici Veneti ,

Præfatio .



I QVANTVM in te est
dignitatis atq; splendoris, Prin-
ceps benignissime , tantum in
me esset ingenij atq; doctrinæ ,
sperarem profectò parem me-
rito tuo, & desiderio meo, aliqua saltem ex parte ,
incultis meis lucubrationibus , operam præstare fa-
cile posse . Sed cum aliter in me esse perspicia (quā
a 2 enine

enim exiguum in me sit ingenium optime sentio).
vitam ipsam, & si quid est ipsa mihi iucundius,
acerbisimam esse puto. Verum cogitanti mihi, ac
memoria sepiissime repetenti, quanta semper huma-
nitate, atque animi propensione, omnes foucas, &
amplexeris, non possum non vehementer sperare,
mulraq̄ de meipso, in præsentia polliceri. Enim
uero quū ad scribendi studia, retenta quidem ani-
mo, sed intermissa curis, atque negotijs me contu-
lissem, id ipsum quod datur otij, perlibenter in Ven-
netis rebus consumere decreui. Verum si pro tuis in
me meritis (quæ incredibilia penè extiterunt) pa-
rum cumulate gratias egero, quæso obtestorque, ne
mea naturæ potius, quam tuorum in me officiorum
magnitudini, tribuendum putas. Tua enim in me
beneficia, & perlibenter hodie fateor, & perpe-
tuò prædicare non desinam; & nisi tibi gratias a-
gam, ingratissimus, nisi perpetuò habeam, inhuma-
nus; nisi de referenda gratia, dies & noctes, quoquo-
modo à me fieri potest, cogitarē, scelstiss impiusq;
haberi meritò possem. Quare opere precium me fa-
cturum existimavi, si cui fortunas oernes meas,
acceptas referre debeo, eidem quoque lucubrationes
mea dicarentur. Sed quoniam (quod nunquam fia-
ri

ri posse arbitrabar) ad meritas tibi gratias referendas, mihi verba desunt, Deum Opt. Max. precor, ut incolumi Principatus diu superstes, mihiq; ea mens contingat, ut perpetuo cultu, & obseruancia, nec obscura grati animi professione, te diutissime colam, obseruem, & venerer. Sed et si non parvum me suscepit negotij magnitudo, ab huiuscemo-
di instante poterat auocare, fecit tamen preclara
qua in me humanitas, ut hoc quicquid est oneris at-
que laboris, quod video quam sit difficile in primis,
atque laboriosum, magno animo suscipere non dubi-
em. Laudent itaq; alij Gracos, Romanos, Mace-
dones, Persas, & id genus multos, mihi certè pul-
chram, atque decorum est visum, patriæ stemma-
ta, laudibus quibuscunque potui, brevi ac conciso o-
rationis genere conscribere, fideli certè sinceroquo
labore. Quid enim aut melius, aut ad inflammandos
iuuenium animos, efficacius erat? Impressa nāq;
semper erit, adolescentum animis, probatissimorū
hominum memoria, primò etenim aduersus exte-
ros, arma pro libertate, tamquam pro aris & focis,
corripuit ciuitas, mox pro finibus, deinde pro so-
ciis, tūm gloria, & Imperio, laceffentibus assidue
usqueaque finitimis. Ego uero posui, quantū li-

-cuit in medio, multorum hominum vitam, mores,
et res praeclarè ac prosperè gestas, in quas omnis
iuentus, tamquam in speculum intuens, ea male do-
cumenta capere, et quasi à fonte haurire posset,
quibus vel pub. vel priuatis rationibus optimè con-
suleretur. Nam et iuniores, ex multiplici histori-
a, quadam quasi exemplorum copia, ad vitam
instructiores redduntur. quam utiliter enim sit co-
paratum, ut studiosi adolescentes, ex aliena lande,
alta et sublimia ingenia mirari assuecant, et ea
quæ mirentur, omni cura, et diligentia, emulari
contendant, nemo est qui nesciat. In his vero no-
stris lucubrationibus id continetur, à quibus pro-
gressa principijs, haec urbs paulatim adoleuerit, qui
bus adulta viribus steterit, qua demum virtute, in
multas gentes imperium propagauerit. Cuius
namque liberu iure, ad imperandum nata, continuo
rei maritimæ studio, pollere coepit, breviique illius
opus, usque adeo sunt auëta, ut toto mari terrori ef-
fet; nam Veneti Pipinum Regem, Regisque filium,
Rogerium Siciliæ, ac Viscardum Rogerio fortiore
bello vicere, tot gentes et populos debellarunt, nur-
merosamque Saracenorum classem, nullis externis

aut-

auxilijs adiuti, in ora Syria delèuerunt. præterea
multa alia prælia, vel excitata fortiter vel gesta
feliciter, in Dalmatico sinu, Epeiro, aequæ vniuersa
Græcia, quas prouincias, felici admodum successu,
sue ditionis Veneti fecerunt, rursus & in ora Pon-
tici maris, multa gessere, moxque ad Tanaim usq;
arma Veneta sunt promota, item in Syria non pauc
ca; nota sunt præterea toto orbe, Friderici Aheno
barbi Imp. tempora, cuius filium Otthonem, nauale
prælio victum, captumque ad Apostulicæ sedis ob-
sequium traxere. per tot insuper bellorum motus,
tot strepitus, totque rerum nouitates, libertatem tu-
tati, iam adultam & stabilem, nepotibus relique-
runt. quod commune bonum, quò maiore est ab il-
lis virtute quesitum, cò vobis est magis admittendū,
ne deterius posteris relinquatis. Quis enim quæso est
qui dubitet, quin belli duces ex hac una Ciuitate
præstantissima, penè innumerabiles, semper extite-
rint, quæ una ferè omnium, per mille centum, &
è amplius annos invicta, cæteris non obscurè ser-
uientibus, in terra Italia, incorruptæ sinceraque li-
bertatis decus tuetur, maris terrarumq; ornamen-
tum, & Christiani nominis (nè dicam orbis) lumen
singulare? Sed qui mihi se per Deum immortalem

campis? que seges? quam lata, amplaque ad scri-
bendum via? cum præsertim tanta res, tam memo-
rables, tamq; celebres sint, in hoc genere, ut mini-
me mirari debeant, qui hec ipsa fortasse legent. Ei-
enim huiuscemodi facinora, quæ tūm sua materia,
quæ ardua est, & sublimis, tūm etiam rerum co-
pia, & amplitudine, eximium quoddam, ac propè
Divinum ingenium exigerent, ut dignè scribi pos-
sent, non autem, tenue & ieiunum, quale mihi à na-
tura datum esse hodie fateor; dignam tamen pro-
vinciam esse arbitrabar, in qua totis viribus e-
laborarem. Quantū verò ad historiæ fidem at-
tinget, calumniam nullam pertimesco, publicè e-
nim testari possum, nullum in hisce meis Elogijs,
locum esse, quem ex Venetis annalibus, & an-
tiquis codicibus manuscriptis, non excerpterim, aut
ex ijs, qui ea de re, commentarios in lucem dedere.
Quod si mihi tamquam domestico scriptori, fides
esset abroganda, Linius lacteus eloquentiæ funs,
qui Romanos, non Punicos annales, in texenda hi-
storia est securus, fabulam non autem historiam,
scriptissime diceretur. Quare sic huinc mei ingenui
laboris famam, improbè fugillantes despiciam, ut
meorum rectè, integreque scriptorum conscienc-

tia

ta fressus , eos omnino contemnendos putem .
Sunt autem , hæc nostratia Elogia , Laconica bre-
vitate conscripta , eorum qui nauali pugna , i cinitate
hac nostra , atq; Repub. per sexcentos & amplius
annos , magna cum laude floruerunt . Indè ad no-
stram usque etatem , veluti de eodem oleo , si hæc
tibi placuisse cognouero , in aspectum lucemque
proferre non verebor ; T recenti enim qui sequuntur
anni , non minorem à me industriam exigent , qui-
bus fere , cum Turcis fortiter est bellatum . Illud
verò ab amplitudine tua , studioſimè contendō , ne
eo consilio existimes , huic semodi à me lucubratio-
nes , ad te missas , quod te illus , aliqua ex parte in-
digere arbitrarer . ēſſem enim ego verè ſtultus , ac
demens , si Principi , omnium qui vñquam fue-
runt , prudentia & religione elatiſimo , ac nume-
ris omnibus absolutiſimo domētica exempla , qua
ipſe , iampridem , ad vnguem ſingula nouit , propo-
nere , ac in medium afferre auderem . quin id po-
tius feci , ut aliquid fauoris , authoritate tua , que
ampliſima eſt , labori nostro accessiſe videretur ,
etiam ſi tibi omnia ſuppetere certò ſcio , que con-
ſequi ingenio , vel uſu homines , aut diligentia po-
ſunt ; queque tanto Principe digna cenzentur , ta-
men

men non alienum fore, sum arbitratus, si sub-
stanti Principis nomine, quem exterè quoque gen-
tes admirantur, hæc in lucem darem. ut enim lo-
ca àlioqui, sordida & obscena, reflexu solis illu-
strantur, ita ut hæc, qualescumque lucubrations
nostræ, virtutis tue luce, radijisque splendescant,
magnopere spero. nihil enim mihi tui nominis ce-
lebritate dulcius, nihil iucundius, nihil charius.
nam si quis unquam, qui virtutum cumulo, &
admiratione, hominum sibi voluntatem deuinxe-
rie, quique omnium studia, & animi propensio-
nem promeritus sit, est inuentus, tu mihi unus
ex omnibus semper es visus. cum enim omnium
disciplinarum genere animum excoluisses, om-
niumque virtutum præsidij, eßes undique septus.
Prudentia tamen, atque Religione, ceteris pluri-
mum excellit, quæ duæ in te virtutes, tantum om-
nium predicatione eminent, quantum in eorum
nullo, qui sunt hodie, in Amplissimi Principatus
fastigio collocati. Erunt autem Amplitudini tue,
quemadmodum spero, nostra hæc non iniunda,
non quod desint tibi, qui melius possint, & velint,
res Venetas illustrare, sed quia vel pulchrius est
à pluribus, vel ad nominis immortalitatem, fa-
mamque

maneque adipiscendum tatus; ex qua potissimum
lectione , perspicere facile poteris , ad quam for-
sium , sapientumque ciuium Rempub. moderan-
dum , omnium consensu , atque etiam acclamatio-
ne ; quod nunquam antea cantigisse , certò scimus ,
nocesseris . Quæ verò sequentur , cum egregijs ani-
mi tui dotibus , sum ingenij felicitate , tam prospet-
tè succedent , ut nemo sit , qui non Remp. ipsam
beatissimam , teque felicissimum fore arbitretur .
quoniamque multa & ampla commoda , ex hac tua
administratione , luce clarius apparent , maiora
tamen , atque feliora in posterum expectantur .
Accipies itaque tu , munusculum hoc nostrum , hilis
rit animo , letaq; fronte , meæ erga te , familiam-
que tuam obseruantæ , pignus non vulgare .
Tua enim sapientia , magnitudinisque animi est ,
non quod tibi debeo , sed quod in præsentia , pro vi-
ribus persoluere possum , benignè cantideque , &
sincera animi propensione accipere . Quod si mihi
à te , tribui hoc concedique sentiam , tunc forsitan ,
one tibi , cumulate satisfecisse , facile credam . V a
de Venetæ Reip. Decus eximium . Venetijs Calen.
Feby. M. D. LVI I.

ELOGIORVM ELENCHVS.

<i>Andras Barotius.</i>	112
<i>Andreas Basilius.</i>	120
<i>Andreas Dandulus.</i>	132
<i>Andreas Teupulus.</i>	92
<i>Andreas Zenus.</i>	103
<i>Angelus Baduarins.</i>	8
<i>Belletus Justinianus.</i>	138
<i>Carolus Dandulus.</i>	132
<i>Dominicus Contarenus.</i>	43
<i>Dominicus Michael.</i>	57
<i>Gilbertus Dandulus.</i>	111
<i>Henricus Contarenus.</i>	46
<i>Henricus Dandulus.</i>	79
<i>Horleus.</i>	1
<i>Ioannes Baduaris.</i>	21
<i>Ioannes Michael.</i>	46
<i>Ioannes Superantius.</i>	128
<i>Justinianus eiusdem cognominis.</i>	143
<i>Laurentius Teupulus.</i>	99
<i>Leonardus Quirinus.</i>	89
<i>Marcus Gradonicus.</i>	116
<i>Marcus Guffonius.</i>	89
<i>Marcus</i>	

<i>Marcus Iustinianus.</i>	148
<i>Marcus Michael.</i>	107
<i>Marcus Ruzinius.</i>	156
<i>Marinus Gradonicus.</i>	68
<i>Maurocenus eiusdem cognominis.</i>	68
<i>Ordelaphus Faletrius.</i>	49
<i>Pancratius Iustinianus.</i>	150
<i>Petrus Gradonicus.</i>	14
<i>Petrus Polanus.</i>	63
<i>Petrus Rosulus.</i>	30
<i>Petrus Sanutus.</i>	23
<i>Petrus Sanutus.</i>	28
<i>Petrus Tronus.</i>	25
<i>Petrus Vrseolus.</i>	32
<i>Petrus Vrseolus.</i>	36
<i>Petrus Zenus.</i>	152
<i>Rhainerius Dandulus.</i>	85
<i>Rhainerius Zenus.</i>	95
<i>Rogerius Maurocenus.</i>	124
<i>Rogerius Permarinus.</i>	85
<i>Sebastianus Cianus.</i>	74
<i>Victor Heraclianus.</i>	4
<i>Vitalis Michael.</i>	69
<i>Vrsus Baduarus.</i>	17
<i>Vrsus Baduarus.</i>	30

ERRORES.

- Pag. 3. soccordiam. lege. per soccordiani.
5. párebant. parebat.
7. Coruplates. Curoplates.
8. angultioriq;. augultioriq;.
10. planum. phanum.
11. veterisq;. veteriq;.
13. etatem. ætatem.
16. alienum. alienum.
34. Tribune. Tribuni.
38. consererent. manum consérent.
39. nolunt. nollent.
50. in Syriam. in Syria.
54. duos. duo.
58. & &. &.
64. signum. signis.
70. aureus. Aureus.
81. Isatii. Isacii.
82. æqui. equi.
96. quem in ea. quoniam in ea.
110. sortito. sortitò.
112. pugnas. pugnx.
112. Andreæ. Andreas.
130. posita. potita.
166. Agnetæ. Agnête.
159. passuum. paſuum.

Horlei Elogium.



RIT equidem, hæc tibi, uix
dum iactis, ciuitatis nostræ fun-
damentis, prima bellandi laudis
corona, qui christianæ pietatis
veræque religionis studio incen-
sus, octoginta omnis generis nauium classe extru-
cta, in gratiam D. Gregorij Pont. Max. & Pau-
li Exarchi Rauennatis Ducis, ex urbe, ab Ildepran-
do, Luthprandi, Longobardorum Regis nepote, &
Prædeo Vincentino homine, bellica virtute claro,
vi pulsi, aduersus gentes immanitate barbaras, mul-
titudine innumerabiles, omniq[ue] copiarum genere
abundantes, & in vestigio mori, potius quam vin-
ci solitas, justissimè arma sumpsisti, atque Prædeo
prius, vita & regno spoliato, & Ildeprando, qui
vivus in Venetorum potestate venerat, in trium-
phum ducto, Exarchum ipsum, in sedem, postlimi-
nio veluci iure, restituendum curasti. quo facto, Ve-
netum nomen, animi robore, & rebus preclarè ge-
stis, tanto tamq[ue] excellenti rerum successu, pri-
mus illustrasti. Debet etiam non tam utile, quam

A ne-

necessarium, hoc tibi ciuitas munus, quod militarem
 disciplinam, omnemque bellandi artem condidisti.
 neque vero ullus vñquam ex nostris est repertus,
 qui cum in aciem prodierit, aut ordinem, aut locum
 vñquam deseruerit, nec dimicādi magis, quam vñ-
 cendi finem imposuerit. Inuenes namque primo æ-
 tatis flore, dum per etatem, militarem labore, fer-
 re possent, florentes robore, & viribus, ne turpi ve-
 luti otio torperent, neve militarium operum exper-
 tes, arma tractarent; nono, sed celebri quoddam
 instituto, militarique disciplina, penes omnes gen-
 tes, & populos, semper celebrata, quæ ignavis, in-
 terdum animos addit, quaque Veneta postea res, in
 immensum crevit, imbuendos, instituendosque sum-
 mo studio, & diligentia contendisti. Enim uero in-
 uentus, mirum in modum exercitata, nauali, terre-
 strique prælio assueta, solis & frigoris patiens, um-
 bra negligens, deliciarum ignara, paruo contenta
 cibo, laborare, decurrere, cum agilibus saltu, cum
 velocibus cursu, cum validis, lucta certare: arcu et
 sagittis, exactissima cura instruebantur, atque in-
 ter se, in dies singulos, militum quisque, tamquam in
 procinctu positus, in modum iuste pugna concur-
 rens, equitando, iaculando, omniaque militari labo-

rc.

re tollerando, animum simul & corpus, miro quodam studio exercebat. quandoque etiam belli simulachra agere, educere exercitū, acie instruere, disponere cornua solebat, turpe nāq; saccordiā senescere arbitrabantur. quo effectum est, ut miles, his artibus apprime eruditus, non sibi solum, sed posteris etiam, eternam gloriam compararit. Ingens enim egregiumque decus, Venetæ genti, Rauenna urbis receptio præbuit. Sed Horleus, quām bellica re fortunatus, tam domi infelix. Nam cum in patriam, hac tanta famæ celebritate, ouans rediisset, domesti cum odium, evitare non potuit. Siquidem cùm ortam inter Heraclianos suos cines, & Equilinos, qui Iesulani postea sunt appellati, ob fines discordiā offendisset, varioque ob id euentu, per bienniū hinc inde, fuisse bellatum, undecimo sui principatus anno, suis ob nimiam animi elationem, tāquam domestica illius discordie præcipitus anchor inuixis, ab ipsis tandem in eo prælio imperfectus occubuit. magno rerum humanarum documento, quām caduce, fragilesque sint mortalium res, & quām minima humanæ felicitati credendum, ut intelligat mortalitas nihil esse inconstantius ijs, que tantopere, ut eterna miramur. Nam usurpato veluti imperio,

A 2 cuncta

cuncta suo arbitratu regere, multa turbulenter; at temere moliri, plebisque tantummodo commoda tueri, nouis & sellularijs hominibus praesidio esse; contra verò nobilitatem, asperrimis edictis, crebris quam decebat persequi, & late undique summoore, ac perturbare Remp. seditionibus anhelans. Ex quibus rebus, tantos in civitate tumultus, tanta perturbatio, sub ipsa propè nascentis urbis primordiis, est orta, ut maior etiam inde timor, quam ex hostium certamine, sit consequuntus. à quo iusta tandem, & debitæ sunt comunitatis poena solvare.

VICTORIS HERACLIA- NIE LOGIVM.

*A*VCT AE usque adeo, ad eam diem, erat Venetorum opes, validiorque in dies fiebat eorum potentia, ut cilibet finitimarum insularum, & urbium, bello par, facile videretur. Inuidebant proxime ciuitates, urbis nostræ amplitudini, & successu, nec pati poterant, tam felicia incrementa, sperabantque facile contra eam moltri aliquid posse, si uno eodemque tempore, intestinis seditionibus (qui bus adhuc agitabatur) & bellis externis vox aretur.

3.

tur. Quare non vicina solam urbes & populi, sed
extera quoque gentes, Venetiae felicitati, & nascen-
ti prope landi, atque opibus, maxime inuidebant.
petit id vitiam, semper sublimia ut ignis, estque (ut
dicitur) coecum, quippe cum alienos successus, corrū-
pere putar, in suam cladem præceps, quam særif-
sum reuicta, parebant tunc Italia tota Galloru[m] dicto,
Kenetiq[ue] soli omeniu[m], libertatis sue memores, patriæ
ura suscepserunt. Quamobrem Carolus Francorum
Rex, ab amplitudine rerum gestarum, Magnus co-
gnomento dictus, Pipinum filium spurium, virum
ramen animi, corporisque robore strenuum, cum
imperio misit. Hic magnis coactis copys, quibus ne
Italia quidem tota, non modo Venetie partes, obsi-
stere poterant, præterquam quod loca hac omnia
suburbana, subito barbarorum incursu penè oppres-
sus, Venetas quoque terra marique urget, prohibe-
bitque diligentius, ut omnis importandi commea-
tus facultas Venetis adimeretur. ad ciuitatem po-
stea ipsam, qua intra tutissima stagna, Dei Opt.
Max. munere est sita, atque contra aras & focos,
contra libertatem, contra vitam, fortunasque no-
stras, animum adiecit, collectaque non parua suoru[m]
mann, anhelans ratibus, per estuaria, cum tota mo-

le, barbararum gentium, cruoris & præda audiis
ferebatur, in flexuoso sum usque canalem, tam gra-
ui, a n c i p i t i q u e b e l l o , ut propius periculo fuerint qui
vicerent. raro pugna vlla magis saeva est visa . tunc
pro se quisque ex insulis, & suburbanis locis, in Ri-
uum altum demigrant (sic enim dicta est, pars ur-
bis celeberrima) locumq; ipsum, præsidij muniunt.
Victor Heraclianus tunc, homo & animi ferocia,
& maritimorum rerum peritia edoctus, atque à
Venetis, ad id potissimum delectus, placato prius
de more ciuitatis Numine, constanti animi robore,
præstò fuit ; qui cum intrepide, ferociissimas gentes
adoriretur, tam funestum, tamque atrocissimum, hinc inde
bellum est commissum, ut vieti postea, profligatiq;
à Venetis Divina ope barbari, terga dare, maximo
cum gentis probro, sint coacti . qui vero audacter
prælium conseruabant, partim ferro, partim aqua,
ruptis, arte, & dolo ratibus occubuerunt, deditque
nomen loco, ut à tam memorabili Gallorum clade,
in signique clade, Canalis Orphanus vñiceps, ad
nostram usque etatem, sit appellatus. Sicque Pi-
pinius, qui Labyrinthum fuerat sine filo ingressus,
tam infeliciter pugnauit, quam impie rato facinus
fuerat adortus. Paulus Ciuranus, a quo ē Ciuranorū
familia

familia originem habet; strenuam tunc patriæ operam nauauit, qui civitati, classe rem frumentariam, quam celerrime potuit suppeditauit. quo authore tanta frumenti copia exuberauit, ut non solum periculo hostili, sed fame quoque urbem liberasse videretur. Quare turbatus Pipinus, castrisque exutus, cum ignominia, cum ingenti etiam suorum strage, Brundulum, Palestinam, Albiolam, Fossam Clodium, & Heracliam, que tum etiam Venetæ ditioni parebant capit. Metham auerumque desertū optimatum fuga, locum alioqui nobilem, quod ibi tunc Ducum sedes, ac regimen rerum paulo antè fuerat, occupat. quæ loca prius per ditionem acceperat, quæque non omnino perierant, tam foedè est populatus, ut non prophana solum loca, sed etiā sacra, donarijs omnibus inde ablatis, temerario ausu, barbarorumque more, igni ferroque consumpsit. hinc postea cū discessisset, spretæ forsitan religionis causa; Mediolani, iuuenis adhuc, eodem quo cum Venetis, parum prospere pugnauerat anno, supremum etatis sue diem obiit. Interea Michael Coruplates Imp. foedus cum Carolo Gallorum Rege, ita inijt, ut Veneti suis legibus, ac iure viuerent, immunitate eis seruata, quam ad eam diem, in terra Ita-

lia retinuerant. Sed Venetus victoria parta, ne formidolosus hostis, iterum viribus repetitis, subito improuisu, andacter, tale facinus aggredi conaretur, autoritate & gloria adiunctus, atque in optimam spem, quae raro homines deserit, erectus, Ducaria fede, que antehac Heraclea, & inde Methamanci euagari passim videbatur, neque locum stabile, aut domicilium certum habebat, felici, angustiorique veluti omne, in Riuumaltum transtulit; anno salutis humanae D. CCC. IX. à primis vero ciuitatis nostræ fundamentis. CCCLXXXVIII. Quod bonum, felix, fortunatumq; Veneto nomini indicetur. Sintque Venetæ res perpetuò florentes, sint incolimes, sint beatae.

ANGELI BADUARII Elogium.

ANGELVS Baduarius, quem Particacum antiqui, à familiæ nomine sic appellabant, suscipiendi belli contra Pipinū, præcipuus hortator et author, & qui primus vel ob id in Riualto, Ducalem postea sedem, summo omnium studio, magnoq; consensu est consecratus, solerti vir ingenio fuit, religio-

ligiosaque gravitatis, atque Instituta fama inclitus,
 & ad Remp. administrandam in primis idoneus.
 quippe Reip. salutis initium, est ipsa rerum mediocri-
 tate, et mensura, super eaq; quasi super fundamento,
 firmissime est aedificandum, enitendumque sum-
 mopere, non tam ut auro, divitiisq; opulentissima ap-
 pareat, quam ut virtutibus propè infinitis imbuta,
 felicissima in primis, celeberrimaq; habeatur. Hic
 relicta Methamaco urbe, i Venetas hasce insulas,
 faustissimo quidē uti uidemus auspicio, cōcessit; omo-
 niumq; postea insulanorum assensu, & approbatio-
 ne decretū, ut hæc perpetua, eternaque Venetoru
 Principum sedes, in posterum haberetur. Magnus
 undique in hunc locum factus est concursus, ingens
 nobilium manus, veluti in nouam ciuitatem euoca-
 ti, cum liberis, conjugibus, sacris, pretiosissimisq; re-
 bus conuenere. Sed cum nouam ciuitatem, viribus
 et robore iuuenum, affatim à se munitam cerneret,
 haud minoris momenti fore ratu est, si eandē consili-
 ij ope fulcisset. Quare Baduarius, præclaray legū
 institutionem ordinavit, qua longè aliorum Rerum-
 pub. hac via optima haberetur, concilia, cœtusque
 hominum, iure sociari, que ciuitates appellantur in-
 stituit, ut ab eo urbis visceribus, qui sicut ciues, con-
 sultum

sultum optimè videretur. Cimibus namque ordine distributis, alios sacris præfecit, alios opificijs destinauit, alios rei militari vacare coegit; existimans res necessarias eorum opes, ex opificijs suppeditari oportere. earum autem turissimam custodiam esse, cum rei militaris exercitationem, tunc pietatē in Deos.

Omnis itaque numeros earum rerum, per quas optimè Resp. constitui queat, absoluit. miserabilibus propriebat, pauperibus multa erogabat, pariq; discrimine proceres, humilesq; tractabat. Is plura cōsilio quam vi gerens, Principum auspicijs magis, conciliādisq; per amicitiam Regum nouis gētibus, quam bello, aut armis rem Venetam augere studuit. Verūm debet etiam plurimorum hominum iudicio, Baduariæ familiæ, longe de patria meritæ, non ciuitas tantum ipsa, quæ Ducaria, augustissimaq; illa Principum sede, & foro, à te fuerit, amplissimè, honorificentissimeq; primo ornata; sed & Christiana Resp. quæ templis non paucis, aucta honestataque fuerit. neque enim illud ignorabat, nullum diu Principem esse regnaturum, nisi Iustitia, & religione præpolleret, hic omnes ingenij neruos intendit, ut religione, atq; iustitia, Ciuitas per eū stabilita videretur. Siquidem Oliuolense planum, ubi nunc

Pa-

Patriarchalis & locus, Apostolorū principi, ab Urso
 Particiaco, Angeli pernecessario, qui tertiu loco, eā
 fedem obtinuit, eo tempore erectum, annales fide di-
 gni, aperte testatum, posteris reliquerunt. Addo &
 Lauretij atque Seueri aedes, à Particiacis fuisse ere-
 ctas. Zacharie quoque templum & Cœnobium,
 sub id tempus, conditum esse satis constat, in quod
 ipsius prophetae corpus, cum parte salutifera crucis,
 ac Dominicæ uestis, & alterius quæ Deipare vir-
 ginis fuerat, sacris à Leone Imp. dono acceptis, non
 minus religiose quam pie reponi curauit. his dona-
 rijs Veneti sacraria sua, & auxerunt, & adorna-
 runt, quibus tum Leo, sauere plurimum videbatur,
 cui Veneti vicissim contra Saracenos, aliosque ho-
 stes socialem classem sunt polliciti, missus tunc legat
 ti nocte ad Imp. fuit, Iustinianus Baduarus Angeli
 filius. Sunt præterea qui affirmat D. Ioannis tem-
 plum, eodem Principe ædificatum, quem locum ho-
 die Bragolam, ab antiquo forsan, ueterisq; loci co-
 gnominé, nuncupari credimus, atque etiam Danie-
 lis ecclesiastiam à Bragadenis patricij sanguinis uiris,
 eo tempore exstructam appetet. Sed uerius uero
 est, omnia in humanis, diutius non posse feliciter
 consistere, nam eti optimus effet princeps, inuenti
 tamen

tamen sunt, qui iniuria atque odio perciti, in eum
conspirarent; qua coniuratione detecta, fontes sup-
plicio fuerunt affecti, atque sic iisdem è medio subla-
tis, motus ille paulo post resevit; ciuitatemq; suspe-
ctis hominibus, pratinus purgata reddidit, ciuiosq;
discordias, quæ adhuc, tanquam reliquæ factionum
durabant, penitus sedavit & sustulit. perditæ enim
uiri, ex urbibus pelledi sunt, quæ est ciuitatum per-
nicio, et sentia dedecoris pergit iterea Baduarius,
pauperi consilio. & opera iuare, nam ad omnes ho-
stium comatus opprimendos, classem contra Vlricū
Aquilegiensem Patriarcham, ambitiosum homi-
num, ac Venetæ libertatis inimicissimum, atque in-
pub. concilio heresis nomine antea damnatum pa-
rat. Quam ubi milite, ac ceteris quæ ad usum
nauium pertinent, instruxerat, contra Vlricum e-
ducit, cumque iusto prælio captum, cū nobilibus
ex suis non paucis, Venetas in triumphum ducit.
Veneti Carnorum loca (stratis vndiq; hostibus, mul-
tisque oppidis, partim ui, partim ditione rece-
ptis) hostiliter adorti, passim ferro et igni omnia po-
pulantur, diripiunt, incendunt, easq; intra suos fines
continuerunt. ab idque posteris, tam egregiū, tamq;
celeberrimi triumphi, exemplum memorabile reli-
quit.

quit. Enim uero taurorum ludi, quibus princeps & patres, Bacchanalicis diebus intersunt, ob eam sunt uictoriam instituti; quem morem ad nostram etatem constantissime seruari perspicimus, eo quoque die, sacra in aurea. D. Marci æde, solenni pompa, musicis non paucis adhibitis, operantur, ut debite gratiarum actiones, Deo Opt. Max. persolvantur. Heracleam quoq., quam Nouam ciuitatem hodie appellamus, in qua natus altusq; fuerat, Gallorum incursu penè oppressam, labore et cura instaurauit. Hic postea cum annis decem & octo Reip. præfuit sed, senio potius quam morbo confectus obiit; urbemq; belli gloria satis illustrem, quod deerat sanctissimis temperatam legibus, atque optima pace reliquit. sicq; urbem prius legibus, sanctissimisq; institutis, quam opibus alioue fortuna & præsidio munit. neque enim aliunde magis florent Republicæ, quam si legum uigeat authoritas; nec ibi Tyrannus oriri potest, ubi ex legum arbitrio geruntur omnia. Angeli corpus ad sepulturam, Ducali pompa est datum, in Cœnobio monachorum. D. Hilarij, ab ipso antea, proprio ære extructo, amplissimisq; donarijs postea, à Iustiniano filio qui ei successit, simul cū D. Zacharie templo locupletato; nam ex

Ser-

Seruuli delubro monachos, Ioanne Abate fuadente, eò loci transtulit, & collocauit. erat tum monasterium in extrema Riualti parte, nunc uix illius uestigia supersunt. Patavini enim cū de finibus, cū Venetis dimicarent, locū ipsum hostiliter solo equarunt.

**PETRI GRADONICI
ELOGIVM.**

QVVM multa uariaq; bellorum genera, cūtra Narentanos, Gradonicus fuisse expertus, neq; tamē inferior multo uideretur, Sclauos etiā qui oēm Dalmatiā atque Ilyriū, suæ ditionis fecerat, totaq; eam maris partem, infestā habebant bello domuit, atque intra suos fines stare coegit, quibus rebus bene optimeq; pacatis, sexaginta triremium classem, in Saracenos ex Aphrica soluentes, quiq; Italiam magna ex parte uastarent, postea mouet, quæ Theophilus, Michaelis Constantinopolitani Imp. filio, iuncta, hostes acerrime, maioriq; spē adoriretur; ob idque est princeps, Protospatarij dignitate, quæ ampliss. tunc habebatur; donatus, cuius cohortatione, et suasu, ad id fuerat concitatus. pugnatum est primò, cū Sabba eorū Duce in magna Gracia, ad Taren-
tum,

tum, inclitam Calabriae urbem, in ultimo Italiae loco circa Salentinorum confinia edificatam, à Tappa Neptuni (ut quidam volunt) filio, que deinde à laribus, qui Duce Palanto, in ea venerunt loca, est aucta, dimicatumq; est aliquantulum infeliciter. mox uero Maurus, ut hostem iterum ad certamen alliceret, fugitabundo similis, simulatoq; in patriā reditu, Crottonem concessit praeclariss. urbem, in Tarentino situ positam, athletarum olim multitudine memorabilem. ibiq; Venetus, qui constantissimè pugnabat (degeneres enim animos timor arguit) uel quod esset numero inferior, uel quod à sociali Græcorū classe, inter primum pugnae ardore sit destitutus, tumultuose à tergo, tam foedam clamorem est perpessus, ut ex numerosa illa classe, excepta Ducaria triremi, que saluti sue, fuga consulsit, ne schalmus quidem unus euaserit. Ea uictoria elati Saraceni, qui nulla antea lacepsiti iniuria, humani generis otia turbare fuerant adorti, plus nimio etiam inualescebant. Quare procaci ueluti excursu, in Dalmatiam, magno impetu irrumpere de creuerant, omnemq; maritimam illam oram, cum Histria fermè tota, in morem rapidae procellæ, sese effundentes, cæde, incendijs, & rapinis, cuncta promiscue

miscue uastarunt, atque oppida multa, ui capti spor-
 llantes, templa Deorum immortalium, tecla urbiis,
 uitam denique omnium ciuium, ad exitium, e*g*re
 stitatem trahebant; Venetas postea onerarias na-
 ues, exoticis mercibus onustas, que Maura classe
 in altum conspecta, in Tergestinum sinum se se re-
 ceperant adepti, diripiunt; negotiatores noui pauc-
 cos, naualesq; socios, ac remiges, ad unum trucidau
 (iam enim ex eo tempore, ob maris commercium,
 non incelebres erant Venetorum opes) Narentani
 tunc, aduersis Venetorum rebus, ferociores effecti,
 rupto violatoq; foedere, Histriæ aliquot loca, t pro-
 fertim Caprulas predabundi processerunt. Sub id
 fermè tempus, Benedictum Pont. Max. eius nomi-
 nis tertium Venetas, ut D. Zachariae adem, et cor-
 pus inniseret, uenisse dicitur. quo Panchratij, e*g*
 Sabinæ corpora, Agnetis Maurocenæ illius Cœno-
 bij, earumq; Monialium primæ, precibus, e*g*ro-
 gatu, ex urbe paulopost misit. Sed ne à religione
 Ducem alienum fuisse credamus, satis constat,
 sub initia sui Ducatus, Ecclesiam D. Paulo condi-
 tam, locum hodie, ab areæ forsitan magnitudine,
 frequentiq; mercatu insignem, ab ipsomet, e*g* filio,
 quem sibi collegam asciuerat, ab Vrso Particiaco,

Olimo-

Olinolense Antistite, inauguratam fuisse. qui ex ipse senio iam confessus, D. Laurentij templo, vestales virginis adiungendas curauit. Sed & Maurus Antistes, qui Vxso successor est datus, D. Margarithe phanum, anno urbis circiter quadringentesimo crexit. Hac Petro Gradonico Duce, in urbe gesta reperio; qui underigfema sui principatus anno, cum Ducarium ex D. Zacharia templo petaret, à quibusdam, qui in eum conspираuerant, vulneratus occubuit. nam quia virtute, prudentia, & felicitate præstabat, gloria in inuidia, apud improbos eum vertit. Tumulatus fuit in Cœnobio Zachariae, quod crebro, pietatis studio inuisibat.

V R S I B A D V A R I I

Elogium.

P A C I S dulcissimum, & pulcherrimum nomen, quæ vel iniusta, velior, quam iustissimum bellum, sapientis est visa, ita studiorè primo est complexus, ut cum Narentani & alijs pyratica exercentibus, qui totius inferi maris orari, non modicriter infestam habebant, honestissimis conditionibus iungenda, Vrso auctore sic actum, quo etiam

B tempo-

tempore, triumviri magistratus, tam nobilis, quam
Reip. necessarius, primò crearētur, sunt tamen qui
affirmant magistratum illum, Aureo Mastrope-
tro Duce excogitatum, hos legum Tribunos, vel
ne à communi, vſitatoriq; nomine recedam, aduo-
catores in hunc vſque diem appellari non ignoro. qui
interfecti Gradonici Ducis parricidium vlciscerent-
tur, tumultuantemque ciuitatem, pacatam atque
tranquillam redderet. præcipuum enim eorum est
munus, de criminibus iudicare, atque tum hoc, tum
illud, seuera animaduersione corrigere. tuerique
seuerissimè Ciuitatis iura, atque ob id sanctissimo
cuique collegio, vel Decemviral quidem, quod iure,
omnium grauiſſimum habetur, interesse licet. hunc
magistratum, ſumma cum Reipub. laude agebant,
cum hæc cōmentaremur Io. Baptista Cont. Petrus
Lauretanus, & Hieronymus Ferrus, nemini post-
habendi, ob ſummam eorum integritatem, & inno-
centiam, quas in Senatorijs viris, statuo eſſe maxi-
mas. Sed ne transuersum quidem vnguem, ab Vr-
ſi facinoribus, quæ pro patria, vt rem etiam Chri-
ſtianam iuuaret, præclarè gessit diſcedam; Sarace-
nos vigesimo poſt anno, quam cum Sabba eorum
Duce, à Petro Gradonico Venetorum Duce, apud
Taren-

Tarentum, rursumque apud Crotonem, infeliciter est pugnatum, non infausto omne debellanis. Hi namq; posteaquam Creta Insula, multos annos sunt potiti, duplicitq; Victoria de Venetis parte, superbe elati, plus nimio indicis invalescebant. nam Ionij ora, celeri cursu enauigata, Dalmatiam ducce Galba ferociter adorti, miserabilis glade affectus hinc progressi, Gradum duræ obfatione circumfederare, contra quos, Ursus vicime orbis periculo exterritus, triremibus triginta, opimè instrutis, classe mouet, eosq; subito accessu turbavit, ut manibus inde repente eductis, in alium abire sint coacti, quos cum Ursus strenue insequoretur (affuis etiam tuma precipuè industria fortuna) insignem victoriam paucissimis ex suis vulneratis est adeptus. Scarpæ ceni vero partim caesi, partim fluctibus mersi, togoq; supero mari expulsi, ingentem cladem sane porpepsi. plurimum tuc in ea pugna, Regnum Baduariorum Ursi filij, & postea in Salentini ad Tarentum opipidum, militaris virtus, antiquis robur erituit, ubi idque collega à populo, patri est datum. rursum etiam contra Narentanos, qui pacem à Duce oblatam, amplecti negligebant, sed loca praedabundi, continuo infestabant, aliquot narium classe, stren

nuam ab Vrso expeditionem, magno fœliciique re-
 rum successu, nauatam constat. Verum ob rē pro-
 sperè fœliciterque, aduersus Saracenicus incursus
 gestam, à Basilio Const. Imp. Prothospatarij di-
 gnitate, quæ tunc erat, omnium illius Imperij ma-
 xima, est insignitus. Ob idq; Princeps, animi gra-
 titudine, atque vt cum Imp. muneribus contende-
 re, mutuisq; officijs certare, inuicem videretur, duo-
 denas magni ponderis, maximiq; pretij campanas,
 ei dono misit, quibus tum primum, Græci sunt vſi.
 In Vrso quidem tanta in donando, gratissimi ani-
 mi magnitudo enituit, vt in referenda gratia, pro-
 leuissimo etiam munusculo, tenuissimiq; officij ge-
 nere, amplissimas quasque res səpissime reponeret.
 Instauratur eo Duce Deiparæ phanum, quod vul-
 go Sancta Maria Formosa appellatur, quo etiam tē-
 pore, vetus quoddam, intestinumque odium, quod
 inter Venetos, & Vulpertum Aquileiensem An-
 tistitem vigebat, huius opera & consilio omnino
 resedit. Et quoniam exploratum cuique facile est,
 Venetam urbem, in sex parteis, quas regiones vo-
 cant, esse diuisam, eam tunc colli primò cœptam vi-
 deo, quam Dorsum durum, hodie dicimus, ab eo(vt
 arbitror) quod priusquā locus inhabitari cœpisset,

prædurus esset illic scopulus, in dorsi forsan specie
productus. *V*rsus itaque, belli pacisq; artibus cla-
rus, cum decem & septem annis *Reip.* præfuisset,
obiit. eius cadaver ad D. Zacharia est delatum.

IOANNIS BADVARII Elogium.

*V*RSO. Baduario vita functo, Ioannes eius
filius, ex hac familia Dux tertius *Remp.* admi-
nistravit, qui usque adeò magni & laudis amore
flagrantis ingenij aciem intendit, ut emulazione
decoris, paterna gloria vehementissime angeretur.
hic ut à religione primo exordiar, phano D. Cor-
nelio & Cypriano, apud Meduacum, egregij ut tu-
res ferebant operis extrecto, fratris necem vltu-
rus, ingenti classe, aduersus parricidas comparata,
magno memorabiliq; prælio eos fudit. Comaclum
itaque oppidum inuadit, nam ab oppidanis illis sce-
lus fuerat perpetratum. idq; iusta acie diripit.
Sævitum solum, contra iniuriae authores, tum con-
stat. Ceteris tamq; hominibus parcendum duxit.
Sola enim lande Veneti contenti, nihil ex victis ho-
stibus, præter victoriae nomen sibi quæsiucere, inhu-

B 3 ma-

manum credo rati, vel impium potius, nobile ani-
mal, rationis, rerumq; cœlestium capax, seruitio adi-
gere. virtutem namq; in bello, clementiam in vi-
ctoria, Imperatorem decere arbitrabatur. His
ita gestis, cum diurno, deploratoq; morbo labora-
ret, ne Respubl. Principe qui eam regeret, in aliquod
discrimen incideret, Petrum Candianum, sibi viuen-
ti surrogari, diligentissima cura postulauit. cui pro-
pria etiam manu, lataq; fronte, Principis insignia,
maximo animi moderationis documento tradidit.
Et ne ullum unquam laborem, pro patriæ charita-
te, vitare videretur, quem ciuium periculis fablu-
dis, impertire optimum duxit. Mortuo Candiano,
populi praecibus victimas, dam nouus Princeps creare-
tar, iterum honoris insignia recepit, atque Princi-
patum assumit; ne quam interim cladem adiret Re-
spub: erexitq; horatu, & præsentia sua, ciues mo-
rore affectos; que pando post deponendū, sponte se-
mipsum in ordinem redigens curauit. populo per-
suidentes, & successorem Ducem, omnino eligerent.
Vetus illa magistra pudoris, & modestie continen-
tria, huncnam antea, nec postea, in annalibus huic-
semodi est visa. Obiit in propria domo, cum annis.
sex cuncte integerrime gubernasset, & in gentili-
tia suo sepulchro tumulatur.

PETRI SANVITI

Elogium.

P E T R V S ex Candiana familia, quam Samutam hodie appellant, bellicis quibusdam nauibus primo, contra Narentanos, Veneti nominis hostes acerrimos, qui maria haec nostratia, latrocino fœdabant, subitisq; excursionibus de mure suo infesta bant, & depredabantur, frustra instructis, mox suo ductu duodecim nauium classe, eos bello repetit. pugnatur hinc inde magno ardore, fuitque res Veneta diu superior, nam quinque hostium naues fractas emersit. Sed variate fortuna (nunquam enim minus respondent euentus qudm in bellis) Princeps qui aut moriendum, aut vincendū decreuerat, Narentanorum Ducem, letaliter vulnerat, mox ipse dolo & astu, a tergo adortus, superuenientibus etiam auxiliarijs copijs, vndique barbaris, post atrocem pugnam, victus media suorum strage, fortiter dimicando, milibus multis, utrinque prius desideratis, in suo vestigio, duobus in pectore vulneribus acceptis occubuit. sicque vitam, quam à patria fuerat mutuatus, eam illi iure opt. reposcenti reddere voluit. ea namque mente, pro Rep. dimicabat, vt
vinceret.

vinceret, aut frid iniqua fata non permisissent, omnino inter confertissimos hostes, fortiter dimicando oppetere, nec incruentam barbaris victoriam relinquare, nec ullam unquam reliquisset, nisi iniqua mors prohibuisset. cecidit ea pugna, magnus Veterum numerus, sed hostium duplo maior, fregitque ea clades supra modum gentis animos, prosperis rebus assuetos, et ne ipsi caderentur in medio, ad fugam inclinarunt Ducis. qui fortissime pugnando mori maluit, quam salutem aliquam cum turpitudine sperare, animo secum reputans, ablata spe fugae, nihil esse satius, quam cruentam hosti victoriā relinquere, mortem morte fugere; ex honesto intentu gloriosam sibi vitam querere. forsitan enim saepe virorum fortium esse amicam, mortem fugientem militem, potius insequi, quam fortiter dimicant. cuncta etiam Deorum numina, benignum et quumque victorem, sonere solita contrariae insolenterissimum perdere. Ducis autem cadaver, Gradus ab Histris delatum, ibi pro dignitate fuisse est celebratum.

PE-

PETRI TRONI ELOGIVM.

I N maxima, ingentiq; totius urbis trepidatione, quæ ex Petri Candiani Ducis nece, à Narentanis interfecti, ita cines omnes inuaserat, ut Patres à minori cura, ad summum timorem traduceret, uno omnium consensu, Petrus cognomento Tribunus, Ducis nuper interfecti nepos, quem recentiores forsan, Tronum paucissimis literis mutatis appellant, eligitur. Vir singulari virtute, constantia, gravitate, & Institia præditus, quibus rebus, is maximè excellit, qui plurimum præstat. fuit hic tanta animali integritate, & innocentia, ut illis etiam temporibus optimis, cum vix unum, aut alterum inuenire nequam in tam proba ciuitate posse, solus tum Reipub. præfici dignus sit indicatus; subitoq; à Leone Imp. prothopatarius efficitur. hic vt benemerenti patriæ, & ciibus consuleret, mœnia construi uoluit, ferreaq; catena, Eurippum maiorem interclusit, ad arcendos libero ingressu hostes, néue subito impetu, urbem turbare aliqua ex parte possent. eo animo motus, quod Hunnos, quos hodie Vngaros vocamus, Pannonia recenti tunc sede, mouisse præsens erat. Sunt Hunni Scythicum genitum hominum, g̃s dira,

dira, omniq; ratione, penitus carent, humaniq; cruo
 ris sitiens. quibus & mos est, non solum mortalium
 cedem, non abominari, immo humanum suctare san-
 guinem, sed ne parentibus quidem parcere, quos se-
 nio iam, & aetate confectos, frustillatim dissectos,
 audiissime deuorant, itemq; hospitali sanguine lita-
 re, infantium ora ferro discindere, cadaveribus ho-
 stium famem explere. hi Venetarum opum fama
 affecti, relicta antea Macedonia, Mysia Achaia,
 ac utraque Thracia, quas provincias nullo resistente
 populantur, nihil non obuium corrumpunt, incen-
 dunt, ac in omnem sexum crudeliter saeuunt. per
 Germaniam postea, in Illyrium veniunt, breuique
 omnem illam regionem, & mox Histriam fermè
 totam, atque Venetiam expugnant, imperum fa-
 ciunt, predam agunt, se se modo in unum, modo in
 alterum locum recipiunt, agros vastant, obuios sine
 alicuius etatis discrimine interficiunt. progressi Eræ
 cliane, Equilum, Ctodiam, Methamancum, aliaque
 oppida, lembis quibusdam, tumultuarie instructis,
 puri clade afficiunt. perq; interiora hac littera do-
 bacchati incendijs, & rapinis, cuncta vastarunt,
 regionem uberrimam & opulentam, suburbia
 nasq; omnes insulas, templis auro exultis, ac do-
 narijs

narijs refforeis ditissimas, sacrilega cupiditate spo-
liarunt, easq; coedes, religionis odio euertere. In om-
nem sexum atque etatem saeuitum, pueri, virgines,
matres ad stuprum raptæ. Stupra coedibus, coedes
stupris additæ. Interim Princeps artis militaris sci-
tissimus, nihilo secius suos armis exercebat, vigilijs
defatigabat, ne virtus per otium marcesceret ani-
morum. Quamobrem in spem summam ingredium
tur Veneti, libertatis finiam recuperande, et
patriæ, non fortunis solum, sed vita etiam ipsa de-
fendenda. Summo itaque ardore, contra Vngaros
arma sumunt, fortiter inuadunt, pugnatimq; est,
Petro Trono, Cittatis & clas̄is Duce, tanquam
pro aris & focis, per dies aliquot. accensis vtrinq;
animis, anticipati fortuna pugnæ, contra hostes mul-
titudine fretos, quæ bellicæ rei sapientia nocet. demum
Veneti quos pudebat, Barbaros tam propinquos ur-
bi, diutius ferre moderate, nō minus religione, quam
armis incliti, Divina tūm magis ope freti, minori-
bus multò ac pro tanto negotio, opus esset copijs, ho-
stem aggressi, qui per annum, terram Italianam, om-
nium felicissimam euerterant, Petri & Pauli Apo-
stolorum principum die, illustri Victoria sunt potiti.
eodem fermè loco, quo fuerat cum Pipino, centesimo
circiter

circiter anno, à Venetis antea, felicissimè dimicatum. Verum Petrus quod reliquum habuit vita, prudentissimè circa Reip. ornamēta, egit. Obiit vnde vigesimo sui Principatus anno. Corpus in Cœnobio D. Zachariæ, est reconditum.

PETRI SANVTI ELOGIVM.

HISTRI. qui centesimum ex illo annum, Veneti nominis hostes accerrimi fuerant, varioque eventu cum eis, de maris possessione certarant, Februario mense, in ædem D. Petro dicatam, quæ tunc Olinuolensis, nunc vero Castellana nuncupatur, pyraticis quibusdam nauigij, superato tacitè nocturno cursu, fanatico, suburbanq; hoc sinu, clam virgines non paucas, que nuper fuerant matrimonio locatae, atque in id templum, de vetere civitatis nostræ more, cum magno, pretiosissimoq; corporis ornatu conuenerant, quo omnis eorum supeltex, ab omnibus publicè spectaretur, effentq; ipsæ populo spectaculo, vel etiā, ut eo loci, sponsalia celebrarentur, sacrilega rapacitate, secum abduxere, magnaq; inde præda, ac cæde perpetrata, Caprulas petiere. Quare statim cognita, Petri Sanuti Ducis auspicijs, Venetus

*Venetus miles, tumultuariè tunc repertus, eos in
 dividenda præda occupatos, citra nostrorum occi-
 sionem oppresſis. Omnibus fermè aut capitis, aut ad
 unum cæsis. fuit is Samuti filius, qui nauali prelio,
 aduersus Narentanos perijt. parta itaque victoria,
 omniq; inde præda incolumi recepta, urbem triū-
 phans ingreditur, ob idque ludos quædam, tunc in-
 stitutos, quidam scribunt, qui Marianæ appellabantur,
 qui per quadringentos & amplius annos per-
 seuerarunt; Sed certio ligustico bello, Clodiana pu-
 gna, Andrea Contarenò Duce, cum ita exhaustum
 erariū esset, ut ne Deorū quidem cultui sufficeret,
 Patrium decreto, uno veluti edicto, penitus sunt su-
 blati. mansit autem, tam celebris victoriae, diuturna
 quædam memoria, quod Princeps & Senatus,
 D. Mariæ Formosæ templum, Calendis Februa-
 rijs, solenni pompa, quotannis inuisit, ob id forsitan,
 quod ab illius loci hominibus, qui præclarum in ea
 pugna specimen dedere, fortiter contra raptores sic
 pugnatum, est etiam Comaclū oppidum, ob iniuriā
 Venetis illatam, atque quod oppidanī illius loci, res
 quædam ablatas, restituere neglexissent, huius du-
 ctu, vi expugnatum. mansitq; in conditione, atque
 pacto, publica fide exhibita, ut Comaclini, deinceps
 ab*

ab iniuria perpetuo abstinerent. Eustinopolitani durò, qui tantum facinus perpetrarant, ut virgines ex sacro loco, rapere essent ausi, veriti ne proprio sanguine pœnas luerent, ultro se Venetis dediderunt. sicq; pacem magis necessariam, quam speciosam, à nostris acceperunt. cum quibus nihil aliud actum reperio, nisi centum cadorum uini pactiones. qui ab Histris, Principi singulo quoque anno integrè solue rentur. Dux vero cum septennio ciuitatem rexisset, naturæ fatoque concessit et maiorum sepulchro infertur.

V R S I B A D V A R I I , E T
Petri Rosuli Elogium.

N ARENTANI à Scianis, scythica gente orti, præda tantum, & rapto viuentes, atq; larocinij, magis quam antea infesti, qui Dalmatia littora, suis non contenti finibus, magno cū Venetæ gentis probro, diutius tenuerunt. Cum multò etiam infestiores essent, quam ut aequo animo moderateq; ferri, ex ciuitatis dignitate possent, nam urbem fermè ipsam, quadam veluti obsidionis specie, premere iam videbantur, mala enim prauaque ingenia,

genia, quæ meliore sunt fortuna, eò in clémètius exerceat ingeñum in eos, quos iniurie habet opportunitas, præmere namque Venetorum loca, media renum quiete, oracula serq; uexare non desitiorant.

Quarè tribus et triginta namibus, quas Gombarias sunc appellari, nonnulli affirmant, ceterisq; ad bellum necessarijs, accuratius quam ante coparatis, totius belli administrandi summa, Vrso Baduario, Cr. Petru Rosalo, constantis, maximiq; animi viris est demādata, qui ut eorum conatibus, obuiā irent, ne deinceps Narentani, turbulenter, aut temerè, turbas aliquas commouerent, seditionemue concitaret, classe faustissimo quidens omnino, in alcum educta, hostes viriliter sunt aggressi, cum quibus conflectare, Cr pro patriæ dignitate quotidianè dimicare, erat omnino molestum; eos itaq; latrocinij magis quam bello assuetos, secunda pugna profligarunt, eoruque postea oppida nō parca, partita loci opportunitate, Cr natura, partim etiā humano opere munita, in Venetorum ditionem receperunt. sicq; vnde ius stetit, victoria inclinavit. fusi sunt fugatiq; hostes, ac multa cum strage, eorum copie disiectæ Baduarius et Rosulus ita strenuè in acie sūt uersati, ut omnes aperte prædicatione, post pugnā restari: sint, utrius

vtrius partis, hi Duces belli frassant, eam haud dubie vincere opertuisse. Narentani autem, ea clade attriti, egrè se recipientes, pacem pro eo redemerunt, nec postea Venetum oculum perturbare nūt ausi. his ita gestis, Versus Baduarus, & Petrus Rosulus, qui nullis contubus, ad eam diem, celebritate, et gloria fucrante inferiores, urbem ouantes reperirent.

PETRI V RSEOLI ELOGIVM.

PATRIAE amor & charitas, cui nasci vnumquemq; vel grauiissimo Platonis testimonio, non ambigimus, hunc licet inuitum, ac reluctatèm, neque omnino se tantæ rerum moli, parem existimantem, Principis tamè sceptrum, in D. Petri ade, ubi miro omnium ordinum consensu, ingentiq; gaudio fuerat electus, sumere coegit. qui domi forisque longè clarissimus, ita vixit, ut omnes facile in sui admirationem traxerit. neque tamen conceptam de se hominum animis, spem est frustratus. fuerat namque ea tempestate, Petri Vrseoli probitas, cunctis spectata. Quare sublato è medio, Petro Samuso, Ducarioq; igne & flamma consumpto, atq; aurea D. Marci ade, magna ex parte conflagrata, hic vnuus

unus pius illud opus, primo aggressus, studio et labore, proprioq; ære, ampliori augustioriq; quam antea forma, & apparatu restituit. Tabulam auream insuper, miro græcanico opere, Byzantij confectam, ad aram maximam collocandam curauit. D. quoq; Marci corpus ab incendio seruatum, honestiss. in loco, condicis in sit. mox Rempub. ob Sanuci Principis necem, nō parum tumultuantem, publicisq; & priuatis incendijs, magnopere consernatam, quæ totam urbis faciem, miserabili clade deformauerant, in veterem libertatem, ac dignitatē vindicauit. Etenim non solum Marcianam Theodoriq; edem, ac Durcium, sed trecentas etiam priuatas domos, quæ propinquitate, & vi ventorum, incendium aluerant, tunc arsisse manifestè constat. in his tamen aduersis, infeliciissimisq; rebus, Urseolus sic prudenter gesit, ut pacatiora omnia postmodum reliquerit. ad Remp. namque augendam, militaribusq; ornamentis honestandam, animum referens, Saracenos utramq; Italiae oram, bipartita classe foedantes, quique Barium Dauniæ oppidum, terra mariq; ubi debat, & Capuam, Campanie urbem celeberrimam vastabat, memorabili nauali prælio superauit, magnaq; strage fudit, qua acie, Saracenorum vires ita

C concide-

concederunt, ut ab eo tempore, nunquam Italiam, tam valide petere sint ausi, quum Barienses prius, qui longa & acri obsidione fatigati, animum iam despoderant, commeatus iuisset. quo parto triumpho Venetias repetit, atque ciuitatem aliquantulum male affectam reperit, à Ducis interficti pernecessa rūs, qui urbis otium turbare tentabant. à quibus tandem vim omnem abstinuit, et in consciis queri vertuit, ne plures inuenti odium augerent. mox cum Ottone Imp. illius nominis ij. qui Veneto nomini ob Sanuti mortem, infestior aliquantulum esse videbatur, in gratiam rediit. cū Iustinopolitanis dein de foedus percussit, cum quibus recens orta erat discordia, ut ipsi Veneto Principi quotannis centum amphoras vini persoluerent. ab his postea, ad pietatem animum adiiciens, religionem sanctissimè coluit, quam mortales, & magnam esse ducunt, & merito plurimi faciant. Quare pub. prinatisq; rebua omnibus, ex animi sentētia prius rectē compositis, Principatus sponte se abdicavit, atque Ioanne Grandonicō, & Ioanne Mauroceno, qui Georgij Phano, Tribune Memij Ducis prerogativa Vrseolo vita functo praefectus, locum plurimum auxit, ambobios generis, atque huiusc tam honesti, tamq; religiosi facti

facti conscijs, secum abductis, relicta uxore & fi-
 lio, quem Angelico nuntio, ante quam uxor, ventre
 gestaret, se suscepturū acceperat. quo in lucem post-
 ea edito, perpetuam (id annuente Felicia coniuge)
 deinde continentiam, sincere seruavit. Venetijs oc-
 cultè, ignoto habitu, altero sui principatus anno, nō-
 dum exacto profectus; in Aquitania, Gallie pro-
 vincia, in Coenobio D. Michaelis de Cuffano, sic e-
 nim locum appellant reliquum vitæ, sanctitate &
 religione clarus egit. celebreq; Petri Vrseoli nomē,
 in eo terrarum tractu, hodie viget. Verūm antequā
 patria excederet, cùm officia multa, ac propè infini-
 ta, erga pauperes, quorum cubicula, clanculum sa-
 piens adibat, & clericos, ac templa contulisset, tūm
 illud mea quidem sententia, cetera vicit, quòd pri-
 uatas suas aedes, è regione fori, piam hospitium, sub
 D. Marci noīe perpetuò fore sanguit, multa pecunia
 partim rūc, partim quotānis numerari iussa. ascri-
 psitq; loco prædia paterna, i pauperū alimoniā. huic
 loco Sacerdotem Venetum, moribus & doctrina
 clarum Ducis autoritate solitum præesse accepi-
 mus. obtinuit paulo antè hoc munus, Io. Baptista
 Egnatius, vir omnium iudicio doctissimus, præce-
 ptor quondam meus, qui et domesticā historiam Va-

C 2 lerium

lerium Max. hac in parte imitatus , felicissimo stilo conscripsit . ibi nunc publico decreto , literarum gymnasium est constitutum . Sed fuit tam opt . Ducis nostri propositi author praecipuus , Romualdus Rauennas , cui Camaldenses Monaci , originem sui ordinis acceptam referunt . hic multos , pio hortatu , & vita exemplo , ad monasticæ solitudinis cultum traxit . Vrseolus demum vita functus , inter cælicas translatus , miraculis illustris ad nostram usque ætatem habetur . Sunt præterea qui scriptum reliquere , Petrum Vrseolum , qui aliquandiu procul à patria peregrinatus abfuit , ad Michaelis Phanum , quod Muriano præiacet , monasticam vitam professum , ad suprænum usque vitæ tēpus mansisse .

P E T R I V R S E O L I H V I V S N O-
minis secundi Elogium.

V E N E T I qui plurimum semper inusitatæ virtuti , tribuendum censuere , hunc Petri Vrseoli prioris filium trigesimo ætatis suæ anno , Duxem elegerunt , quippè exploratum habebant , neminem aut insitius , quam grauem virum , aut prudentius quam doctum , imperare posse . ea causa fuit , cur Principatus

patus illius maiorius demandaretur. hanc dignitatē, eius pater Diuino quoddam vaticinio multò ante nuntiarat. Sed Vrseolus inito principatu, nihil habuit potius, quād multos statim Reges ac Principes, quoad fieri poterat; sibi conciliare; missa ad hec Ioanne filio, qui legatū apud Ottounem Imp. huic nominis I.I.I. ageret, persuasum enim habebat; nullum esse firmiorem statum, nullum praedium tuis, hominum benevolentia, quæ Principes & ciuitates, fortius quam armis munit. egit postea cum Basilio, & Constantino Imp. ut Veneti à portorijs, publicisq; vectigalibus immunes perpetuò forent. mox patriam ab omni barbarorum metu, & incursionibus liberam reddere est aggressus. ob id debacchantibus per annos multos, infestiss. pyratis, cum quibus variante saepius fortuna, per annos centum circiter & septuaginta, de maris possessione, fuerat pugnatum, indicto bello, magnam nauium copiam instruxit. Erat tum vernum tempus, & ad nauigandum aptissimum, quando Vrseolus, non minus religione, quam armis inclitus, novo sed pio instituto, & in hunc usque diem, religiosissime seruato, peractis sacris, in Oliuolensi æde, acceptisque Imp. ornamentiis, de manu, Dominici Gradonici.

patritij Veneti, ac Oliuolensis ecclesiae Antistitis,
 quem Diuinam antea fuerat operatus, D. Marci
 intellaris numinis uexillo, in ipsa Christi seruatoris
 nostri Ascensionis luce, septimo sui Principatus an-
 no oram soluit, ut tam claro, & religioso princi-
 pio, prospera cuncta, numinis fauore succederent,
 ex quo non dubia præsensio, diuinatioq; rerum bel-
 licarum, & longa infracti animi patientia, ac cun-
 cta denique Iustitia temperamenta profluerent. cui
 urbem, ciues, lares, sacra, prophanaque omnia, tā
 sancte, quam pie commendauit. nec ignorabat vir
 egregius, rem Venetam, armis satis, sed multò plus
 religione posse proficere. felici itaque nauigatione
 vsus, phanaticoque sinu celeriter emenso, præter
 Aquileiam & Gradum, Parentium Histriae ur-
 bem perire. Sed tantum absuit, ut hostes subita belli
 mole territi, consererent, ut non solum ipsi, sed &
 alijs quoque, audita Parentinorum ditione, pacem
 magno auri pondere, redimere maluerint quam bel-
 li fortunam tentare. Quare Narentanos, contra quos
 Veneti, classem præcipue mouerant, ceterosq; Illy-
 ricos, qui pyraticam exercebant, sic è medio susti-
 hit, ut pyrata i' toto mediterraneo mari quereretur.
 Lyburnos & Dalmatas inter sylvas, & paludes

con-

continere coegerit. Demum Iapidia, Histria, Lyburnia, Illyrio, Dalmatiaq; tota, cum insulis, viam fati ad maiora rerum incrementa aperientibus, mira celeritate est potitus; preter Corcyram nigram, et Pharon insulas, nam cum oppidani pacem à Veneto, aequis conditionibus, nolunt accipere; loca uiuerunt expugnata, ac militi data in prædam, Ducis iussu. nec prius tamen est cum Narentanis bella ridesitum, quam inter pacis conditiones quam petebant supplices, Venetorum etiam potentiam, magis quam antea formidantes, id præcipue cautum sit, ut m modo leges Venetas, accepturos se sponderet, sed ut religionem augerent, mutatisque moribus pietatem colerent, Christum humani generis liberatorem, longè religiosius adorarent, illumque unius cum & verum Deum, pio affectu exclamarent, quem etiam adderent, se nunquam imperata detrectatores, mox Venetis omnia damna quacunque ad eam diem intulissent, integrè rependerent, nec deinceps maria incursionibus vexarent, sed à tam nephandis latrocinij, avidas, rapacissimasque manus amonearent. Nihil tum Veneti, per sexcentos ferè annos, terra marique, suo Imperio adiecerant, continuerant namque sese, proprijs aestuarijs inclusi

C 4 litto-

litoribus. primus itaque fortunæ felicioris accessus, Dalmatiae recepcionis fuit, unde futuram maris potentiam, felicissima expeditione, sub Petri Vrseoli ductu, sunt auspicati. quibus rebus foris felicer gestis, Gradum munit, deinde domum, hoc tanto rerum successu, triumphans reuertitur. publicè tum decretum fuisse constat, ut cum ipse, tum posteri, non Venetiarum solum, sed Dalmatiae queque Principes, in posterum dicerentur; quo etiam nomine H̄ericus Imp. qui Otthoni successit, in publ. literis, Vrseolum appellauit. misi tunc primum, ex patritio ordine, in singulas ciuitates & Insulas novi magistratus, qui rei praefessent. parta pace, domi quoque pari studio, ciuita rectè constituit, curavitq; ut Iustitia in ciuitate, rerum omnium gubernatrix haberetur: sic ut nihil ad ueram gloriam, siro strenuo, ac sapienti deesse uideretur. hoc tempore Ottho. Imp. huius nominis IIII. Roma profectus sum Venetas uoti causa inuisisset, pallium aureum, quod uniuersum Veneti, ex foedere pendebant remisit; qui cum Vrseolus Venetis per dies aliquot, nonnulla de ciuitate, & Rep. familiariter egit. multæ tunc immunitates, mercati & portus celebrandi iura, ab Otthono fuerint imperata; nam & Ducis filium

Verone

Verone antea, lustrico die, primæ unctionis sacramento, tamquam lustrator admouerat. Ceterum dam hæc ageretur, Saraceni Italicae præde assueti, Capnam instauratis animis, denuo inuadunt, eamq; occupant. Barium quoq; longa obsidione premunt, quibus inedia laborantibus, Vrseolus auxiliari græ corum classe, in barbaros mouet, quibus fugatis & casis, iterum triumphans urbem ingreditur, quo anno Turce Hierosolymam urbem, antiqua religionis claritate famosissimam, & ob Christi Seruatoris nostri necom, apud posteros semper celeberrimam, magno cum Christian nominis probro capiunt diripiuntque. Interim Petrus Vrseolus, Otthonem fratrem, & Ioannem, quem collegam sibi, id annuerse populo, ob rem præclare in Illyricos gesta asciverrat, Byzantium ad Basiliū, & Constantinū Imperatores fratres legatorum nomine misit. qui cum benigne fuissent excepti, Mariam ex sorore neptem, Ioanni Vrseolo, in matrimonium grandi dote collocant, eumq; cum fratre, multis ornatum muneribus, Venetas remittunt. Taliſ erat tunc Venetorum status, quum rerum humanaarum fortuna domina, Vrseoli fœlicitatem, deformare voluit. Enim uero quintodecimo ſui Ducatus anno, pluri-

mum

mum in ciuitate est laboratum , fame primo , quia
 insolita frigoris vis , ita fruges retardauit , ut suo tem-
 pore , maturescere non potuerint . mox pestilentia
 qua famis comes , semper solet esse , haec usque adeo
 in homines immanissime est grassata , ut multi pa-
 sim inedia , feude morerentur . Ioannes Ducis filius ,
 & Maria Constantinopolitana eius uxor , quae pau-
 lo ante e Byzantio fuerat profecta , continuatis qua-
 si funeribus , tunc obiere . Verum ad levandam Du-
 cis molestiam , populus Otthonem filium , quartum
 & decimum tunc annum agentem , patri collegam
 constituit . hoc eodem tempore Faletrij viri patri-
 tij , D. Benedicti aedem , & Coenobium , proprio a-
 re considerunt . Princeps vero cum Ducarium , ac
 D. Marci templum absoluisset , optimè de pietate et
 religione meritus , fortunas omnes suas , dividendas
 testamento iussit . partem namque primam filiis
 dari voluit , alteram pauperibus elargiri , tertiam
 ad sarcinae aedium sacrarum , recta tuenda , quartam
 vero , & quicquid vel in nominibus reliquum habe-
 bat , in Marianis ludis , impendi curauit . postremo
 cum duodecim annis , ciuitati præfuisset , cælum
 unde prius venerat , postliminio veluti iure reuisit .
 Corpus ad D. Zacharie , Ducali pompa est delatu-

Domi-

DOMINICI CONTAREN

Elogium.

NON incommodè quidem, fortis Principes,
 & re bellicè claros, Dominicus Dux sequitur qui
 per id temporis, omnibus sapientia, & eloquentia
 plurimum præstare putabatur, ex nobili, & illu-
 stri Contarenorum familia, pietate insignis, nec ar-
 mis ulli priorum Ducum inferior, cuius virtus, vel
 tum præcipue, præclara est visa, quod septimo sui
 Ducatus anno, ingenti comparata classe, Iaderans
 munityssimam Dalmatiae urbem, quæ Vrso Iust.
 urbis Prætore prius electo, à Venetis tunc, ad Solo-
 monem Pannonicæ Regem defecerat, in ditionem i-
 terum cepit, & ad illius obsequium (multis licet
 conatibus) tandem retraxit, cum in ea pugna, nūl
 lumen non opt. Ducis, & Principis officium præsti-
 tisset; consilio insuper ad vires, quibus hostis longè
 superior erat addito; cæsoquo præsidario milite, ab
 omni alia in cines iniuria temperatum. & ut eorū
 animi, ad meliorem in posterum spem excitaren-
 tur; si quid in ipso pugnæ ardore, euersum esset, ad
 id instaurandum, animum mentemque adiecit. ut
 quantum antea ira quæ est inimica consilio, & præ-
 ser-

sertim in ipsa victoria, que natura insolens, & superba esse solet indulserat, tanto plus studij, in ornanda adhiberetur. cuius rei fama, & rumore, aliæ urbes accenſe, que deditioñem facere tentabat, in fidem pristinam mansere: quas Princeps opt. cum in suam amicitiam, & fidem demù recepisset, semper eas, ciues, liberosque suos, non modo tuendus sibi, sed etiam augendas, atque ornandas curavit; ut Contareni humanitate, lenitas potius, quam acerbitate aliqua, violat & viderentur. Interim Marco Contareno, ciuitatis praetore relicto, cum Venetias versus, Princeps vela daret, de Gradensi expugnatione, ab exploratoribus nauigis certior factus, Peponem Patriarcham, belli authorem, grati impetu fuisse abortus; nisi Benedicti Pontif. Max. illius nominis noni gravissima auctoritas, que plurimum semper apud Venetos valuit, tunc precipue intercessisset. Sunt praeterea qui affirmant, socia arma pro Græcis, contra Robertum, Viscardum cognomento dictum, Normannum genere, Contareni ductu, à Venetis sumpta. Nam Viscardus, cum longè lateq; Imperij sui fines propagasset, Apulia, Magnaq; Græcia & Ducatum occupauit. Si Contarens, ne opt. Principis fficio, illa ex parte

parte deesse, ullo unquam tempore videretur, singulo quoque sabbati die, Emporium in Martiana aerea, magno quidem ciuitatis usui, accommodatum, memorabili planè instituto, ut vel in hoc patriæ cōmoda, tueretur, fieri perpetuò sanxit. ubi quām plus omnis generis merces, hinc indē etiam asportatae venales exponorentur. Immunitates præterea non paucas, ab Henrico Imp. eius nominis iij. saepius frustra tentatas Bono Dandido, & Dominico Sylvio, qui ei in Ducariā sedem successit, ad id precepit legatis, egregiè obtinuit. ea præterea omnia que è Repub. esse arbitrabatur, statim à principio studere cœpit. ius atque leges, & illas quidem salutares sanxit. viros bonos artibus incumbentes, consilio & opera, plurimum iuuit, ut suo exemplo, & ceteri Principes idem facerent, & iuniores ad omne decus amplectendum accenderentur. Huius quoque Principis ætate, Leonem Pont. Max. & ipsum eiusdem nominis nonum, quem Platina tam bene, de Christ. Rep. meritum testatur, Venetias ue nisse repperio, vt D. Marci corpus inuiseret, qui ducentis & amplius ab hinc annis, ciuitati præerat; cuius aedi, cum remissiones culpæ, & errorum con donationes, aliaq; priuilegia dedisset, Ro. est reuersus.

sus. Sed Dominicus cum Rempub. ex animi sententia, benè optimeq; compositam reliquisset & quo patriæ utilia, & cuius bono recta esse viderentur fieri curasset, (erecto prius D. Nicolao, cognomento Littoreo, Cœnobio; & inde versus continentem oram D. Angelo Virginio) innocentissimè sexto et vigesimo sui Principatus anno moritur, & in ipso D. Nicolai templo tumulatur. sed Angeli Phanū in monachorum Cœnobium (ut sunt res humanae semper mutabiles) postea est translatū, eò nūc quia pestilentia in vrbe, multi languere cœperant, ad contagia tollenda, publico decreto deferuntur, ut cœli grauioris offensam excutiāt, quo præsidio ciuitas tota contagione leuari, facile possit. reliquit Cont. liberos aliquot post se, à quibus Iacobus Cont. qui post Procuratoriam dignitatem, Ducariam est adeptus, longo ordine originem habuit.

H E N R I C I C O N T . E T I O A N - nis Michaelis, Elogium.

SACRO bello, et rerū magnitudine, ac frequētia illustri, egregijs militibus, pro se quisq; certacim nomina dantibus, Venetos qui contra Saracenos a- liosq; christiani nominis hostes, christianam rem,

ma-

magno impendio sunt tutati, in hoc congressu, tam
 pia quam decora contentione, magnum decus ingen-
 temq; operam attulisse, omnibus exploratum esse
 scio. maximè enim memorabilis illa expeditio, æ-
 ternaq; memoria consecranda videtur. Nam Gal-
 liae Principes, & maior Europæ pars, Urbani ij.
 Pont. Max. monitis excitati de Hierosolymis recu-
 perandis, communis omnium sententia, pariq; ala-
 critate, consilium cœperant. Verum indicti belli, fa-
 mam, secuta religiosa ciuitas, ducentarum nauium,
 classem quantam ad eam diem, nunquam emise-
 rant, armasse traditur. quæ cum in Dalmatiam re-
 migium prius expleuisse, ex Ionia in Aegeum cur-
 sum tenuit: cui Henricus Cöt. Dominici Ducis nu-
 per defuncti filius, qui primus repudiato veteris sui
 Sacerdotij titulo, pro Olinolësi, Castellanus Præsul
 voluit appellari, & Ioannes Michael Vitalis Du-
 cis filius, cum Imperio præfuerunt. Sed cum Rhodū
 Veneta classis petiisset, quæ aliquandiu, ub hyemis
 asperitatem, stationem illic habere voluerat; à Pi-
 sanis Venetis infensis, qui insulam prius non inuali-
 da classe occuparant, hostiliter fuit excepta. At,
 Veneti, qui omnia prius experiri, quād ad arma
 concurrere mallebant, eos per legatos, à bello tem-
 pe-

perare , perbenigne monent . sed cum illi oblatam pacem negligenter , atrox hinc inde prælium committitur . nec dirimi , nisi noctis interuentu , certamen potuit ; Superiorq; Venetus factus , duas de viginti triremes , hostibus eripuit , in quibus quatuor millia hominū capta fuere , quos Venetus , restituta etiam classe , religiosi instituti haud immemor relaxauit . hinc transgressi , Smyrnā primo aduentu capiūt , & reliquā Syriae oram , Turcis subiectam occupant , atque inde D. Nicolai Episcopi , ac Theodori martyris corpora abstulerunt , mox Lycij , & Paphylij , Cilicijq; maris littus legentes , Iopensem portum tenuere : atq; nouas semper copias , nouosq; commeatus , ad satietatem , ne quid hostile paterentur , et bellica instrumenta , quæ tum necessaria , atque usui opportuna esse videbantur , præclare in casulis conuectabant . ibiq; tandem permanxit , quoad Christiani , Hierosolymis sub signis et auspicijs Gotifredi Bolionij , sunt potiti . Victoria itaque sacre huicse militiae parta , & uotis , quæ sacramento adhibito , antea nūcupauerat , ad Christi sepulchrū ritè solutis , Venetas incredibili penè gaudio , & laetitia affecti , tam iustæ victoriae compotes rediere . Sexto Idus decembris , tertio ex quo Venetijs oram soluerat

49

soluerant anno D. Nicolai corpus, in Ecclesia eiusdem nominis, quam à Dominico Gante. Duce, in littera erectam superius est demonstratum, multa religione hodie visitur. Turrem non longè ab ade, ne sancti reliquie clam à pyratis surriperentur extraxit quae nunc vetustatis exemplo conspicitur.

ORDE LAPHI FALETRII Elogium.

GOTTIFREDO Belionio, Hierosolymitanorum Rege, altero post adeptam victoriam anno, vita funeto, Baldwinus eius frater successit, qui cum aduersis quibusdam prælijs, fractus iam animo effectorijs de Boemundi captiuitate factus, animum ferè despondisset, Veneri opem, & auxiliaria armis, implorare est coactus. Quare Ordatus Faletrius, Veneri Segnus Princeps, qui res longè maximas, pro vera religione, moliri studiabat, suo christianam rem expidantem, & laborem opereret, instructa contumis triremium classe, eam in Syriam suis auspicijs duxit. qua tam feliciter successus habuit, ut expugnare Tyros, Sidon, Barichus, & Ptholensis, que à recentioribus

D Accon,

Accon, nouissimeq; corrupto nomine Acris appellatur, urbes vetustate & opulentia, quondam clarissimæ. mox quoque ad Nili hostia, Faranniam tum maritimū oppidum, non expugnatum solum, sed euersum, atque in Saracendrum inuidiam, ingenti opulentaq; præda inde est abducta. quibus magnificè gestis, Balduinus privilegia non pauca, Venetis in Syriam concessit. Sed Ordelaphus, postliminio reuersus, non paruum triumphi speciem retulisse est visus. nec diu tamen res Veneta quievit nam cum Patauinis ad Bebias, bellum non incruetum est admissam. ob id credo, quod Rauennates, & Taurisini, socia arma, cum hostibus iunxerant, ut tamē Patauini ea clade consternati, ad Henricum Imp. confugerent. qui rebus bene hinc, inde compositis, eos dimisit, aderant fortes, alijs quibusdam de causis Vitalis Faletrius, Ducus pernecessarius, Stephanius Maurocenus & Vrsagius Iustinianus Legati. Sub id fermè tempus, duplex incendium, quod propinquas domos, aedesque sacras depavit, magnam urbis partem consumpsit, nec opem, aqua comportanda, fundendaq; , alias ratione, ciues ferre poserat; quod vapor fumusq; aduersus loco quemq; suo, stare diutius non sinebat. Conflagravit & De Mosis Phanū

Phanum, quod non sine gratiis. animi interore hoc
 repeto; nam quoties, mihi in mentem venit, aduersi
 aliquid, illi aedi accidisse, ferrū in latus meum strin-
 gi sentio. et si quoniam aduerso fato nescio, ingratissi-
 mus is mihi fuerit locus, cui cum integerrime, per
 tot lustra, atque ob omnium oculos, & tanquam in
 theatro positus seruierim, nihil tamen aliquorū per-
 fidia qui ad honores obrepserūt, vel ex minimis illis
 sacerdotijs fit datum, cum hoc ipsum tantum, mihi
 virtio dederint; quod plus aequo (ut eorum interimi
 utar vocabulo) in literis incubuerim. Omitto alias
 multas in me, vel actas aperte, vel occulte illatas in
 srias, ut tamē Dei Opt. Max. ope, atque exemplo,
 ipræcipue fatus, omnia eorum in me scelera, quoad
 potui vici; totq; ac tanta in me conuicia sapissime
 illata, aequo animo, moderateq; tulit. hominum enim
 insolentum contumelias parvifeci, & ut sunt leues
 eiusmodi homines, à me facile despiciuntur. Sed il-
 lustrarunt tandem paulò ante innocentiam nostrā,
 perditionum hominū iniurie; nunc enim clarissimorū
 virorum quorundam beneficio, in puppis deo, cum
 dix: mihi esset antea apud eos in sentina locus. Es-
 setq; hic fortasse locus deplorandi, vel nostri seculi
 calamitatem, vel religionis iacturam, quando qui

D 2 literas,

literas, in nostro hoc ordine amplectuntur, agresti
 Vatinianoq; odio, ab indoctis infestantur. Sed ut
 in multis eorum erroribus, ita in hoc præsertim con-
 niendum esse duxi, redeoq; ad historiam. Sexde-
 cim quoque insulas, posteriore incendio continua cla-
 de arsisse, cum Ducarij parte, annales traddūt. quò
 etiam anno, Methamaucum partim aquis, partim
 igne, duobus cōtrarijs elemētis, sit cōsumptū. Anna-
 les Veneti, quos Blodus, historiarū scriptor egregius
 hac in parte sequitur affirmat, Hēriū Imp. eius no-
 minis iij. quum forte apud Taurisum ageret, ex
 paucis antē dies, Faletrij Ducis filiæ, sacri fontis
 præstisset officium, Venetas venisse, ut D. Marci
 corpus inuiseret, ex vota iam nuncupata persolue-
 ret. testantur idipsum præter Ber. Iustinianum, qui
 patriam historians per annos ccoc. luculentissimè cō-
 scripsit, multa cùm huic ciuitati, tum etiam mona-
 sterij privilegia augusta beneficentia concessa. nar-
 rant præterea eo tempore, urbem ingenti terremo-
 tu fuisse concussam. ex quo Sulphureus quida ignis,
 è terra scatens, D. Hermacoræ Phanum combusit.
 manus autem Io. Baptistæ, qua Christum Deo ge-
 nitum ostendit, arque ipsum viagenitum, ad Iorda-
 nem annem, baptismi lauacro respersit, intra
 medias

medius flammis illæsa est reperta. Sed quoniam ita
 fert plerunque fors & ut malum sèpius malo adda-
 tur; Iadrenses, Ioanne Mauroceno, Veneto magi-
 stratu, ex urbe turpiter eecto, oppidoq; Pannoniae
 Regi dato, à nostris desciscentes, Calomani Regis
 armæ ergo trophea, inani ab eo libertatis spe alle-
 cit; sequi maluerunt. quos cum Rex, contra foedus,
 cum Venetis antea percussum, et à nostris sanctissi-
 mè seruatum, in fidem recepisset, ceterasq; Dalmatiae
 vrbes, quæcum Veneto parebant Imperio, aut
 ad defectionem sollicitasset, aut sua sponte deficien-
 tes, in ditionem suam, contraius fasq; traxisset, pau-
 lo post in Pannoniam reuersus, diem suum obiit. In-
 terim Ordelaphus, his anxius curis, nec ulla re, quæ
 agenda, audendaq; magno Duci esset pretermissa,
 tantam iniuriam vlcisci anhelans, tertiodecimo sui
 Ducatus anno, augusto mëse, parata classe, in Dal-
 matas mouet, ergo Iaderam defectionis caput, terra
 mariq; obsidet; oppidum militibus cingit. Hunga-
 ri qui ad leuandam urbem obsidione, ex Pannonia
 venerant, fusi, fugati, tota Dalmatia cessere.
 Quare Venetus spem bene gerendæ rei facile conci-
 piens, bellica omnia instrumenta, ad vrbis moenia
 admovit. Oppidani cōtrà, nihil minus quam uicto-

D 3 riam

riam sperantes, vltro se supplices, dediderunt. Inde
 siccum, castra mouens, omnium spe celerius, vi ca-
 pit, ac menibus nudat. ibique Stephanum Iustinia-
 num reliquit. quo metu percusse reliquæ Dalmatiæ
 vrbes, ad officium rediere. Dux itaque vindica-
 ta vniuersa Dalmatia, finibusq; propagatis, Lybur-
 niam quoque præsentि rerum successu, suo adiecit im-
 perio. additumque Croatiae titulum, Duci Veneto
 tunc primò constat. Quamobrem cum domum re-
 diisset, captiuis multis Illirici regulis, secum in triū-
 phum adducitis, tanta lætitia, tantoq; gaudio, est à
 suis exceptus, ut non Græcorum aut Romanorum
 triumphi speciem solum adæquasse, sed multò etiā
 longè superasse videretur. fuit victoriæ dies, pridie
 Calen. Quintillis, qua luce, D. Pauli Apostoli, gen-
 tium doctoris commemoratio, à christicolis celebra-
 tur. Nec interiu Pannones segne otium terruerūt,
 sed collecta ingenti militum manu, repente ex Pan-
 nonia affuerunt, adeò sæpe minimis momentis, rerū
 mutationes fiunt. huius rei fama, ut primù Vene-
 netias venit, Dux magno, & erecto animo, hand
 quaquam cessandum ratus, iussis confessim militibus
 naues concendere, maiorem quam antea classem
 parat, atque in Dalmatiam, Maio mense rediit, ne
 prouincia

prouincia ab hostibus, praesidio vacua reperta suc-
 cumberet. Itaque acrius de integro obortum est
 bellum, hinc spes, inde desperatio animos irritat. et
 quò fortius & confertim, magis utrinque pugna-
 tur, eò plures vulnerantur. nullo inter arma, corpo-
 raque intercidente telo. par utrinque pertinacia,
 par virtus, par aius, eadem spes, similis fiducia.
 Cum ergo diu ancesps fuisset certamen, ut in Venetiis castris, neque Dux militi, neque Ducis miles de-
 fuisset, & Faletrius strenui militis, & optimi Du-
 cis operam nauaret, velletque phanaticum Vngarorum impetum sustinere; transfixus telo latus,
 dum in prima acie, ubi plurimum periculi, ac labo-
 ris ostendebatur, hortator re magis quam verbis
 adest, antè militum oculos concidit. Dignus certè
 Dux, qui diutius in humanis esse meruisset. hic Ve-
 neti, de Principis morte solicii, acrius ad pugnam
 incubuerunt. incertus diu mars, dubiaque victoria
 fuit, multis utrinque cadentibus; sed tanta postea
 fuga, & trepidatio nostros inuasit, ut parum mini-
 mumque abfuerit, quin omnes, aut capti, aut cæsi, in
 hostium potestatem venirent. Ducis corpus, à suis
 ablatum, ne barbari, triumphum Ducis corpore ho-
 nestarent, Venetias est delatum, atque magna fu-

neris pompa, elatum, in ipso Martianaë aedis vestibulo, quod à lœua templi adiacet, marmoreo sepulchro est conditum. unde in eisdem annis sui Ducatus affecta grauiissimo luctu cœitas, legatos quā primū decernit, qui aut pacem, aut saltem inducias, à Pannone impetrarent. missi cum ad id fuerunt, Vitalis Faletrius, Ursus Iustinianus, & Martinus Maurocenus: qui pacem in quinque proximos annos, cum hoste, id ipsum aliquādū renuente, tandem sanxerunt Templa duos. huius tempore sunt erecta, unum salutiferæ Crucis, cum Virginio Venetijs, alterum D. Cypriano Muriani, hoc à Gradiocis, illud à Baduarijs. Tabulam præterea, auro gemmisq; ornatam, ad altare maius, Aureæ Martianaë aedis positam, suo studio fuisse excultam, carmina quedam, aureis literis, in eadem tabula inscripta testantur. Sub quo pium illud quoque opus institutum reperio, ut Dux singulo quoq; anno, D. Georgij Phanum, frequenti Senatu religionis causa petat.

Dominici

DOMINICI MICHAELIS
Elogium.

O P T I M O Principi, meior successit, què
 maiorum exempla hac in parte præsertim, arden-
 tissimo animo secutus, se suosque, pro patriæ digni-
 tate tuenda, pro fide, & religione Christiana con-
 seruanda devoutus. Nam cùm intra paucissimos an-
 nos, Gotthifredus, Baldwinus, Boemundus, alijsq;
 Duces non pauci, qui fatali necessitatí (cui nemo
 unquam repugnare potuit) concessissent; ita Ve-
 netæ, christianaque res omnes, in Syria faciem mis-
 tarant, ut retro sublapsæ pedem referre, in dies, ma-
 gis ac magis viderentur. Quamobrem Dominicus
 Michael, vir impiger, haud cunctatior ad prælium
 factus, naibus ducentis è portu eductis, inter quas
 erant onerariæ octoginta, magno studio & cura or-
 natæ, in Calicti Pont. Max. gratiam, difficillimis
 ijsdem Reip. temporibus, studium non vulgare im-
 pendit, quod à maioribus veluti hereditarium ac-
 ceptum, non tantum seruare, sed enixè etiam auge-
 re, Veneti semper curarunt. Obsidebatur tunc ter-
 ra mariq; magna cùtentione, Ioppe Syriæ vrbs, a-
 spero et iportuoso littori, nostri maris imposta. præ-
 rante

rant in continenti Gallorum Duces, quibus Vene-
ta classis, rerum omnium bellicarum instructissima
affuit. atque Saracenicam classem, quæ Ioppem,
septingentiarum nauum classe, arctissima obsidio-
ne premebat, adeo improuisu insultu disiecit, ut
magna ferè earum pars, medijs fluctibus sit oppres-
sa, quedam naues captæ, paucæ fuga dilapsæ. ex
Turcis desiderata septem millia fuere. ex quo C.
C. urbs obsidione leuata, C. Ioppe Venetorum ar-
mis oppugnata, non sine magno labore est recepta.
præda quæ opulètissima fuit, inter milites, æquis par-
tibus, Ducis iussu est diuisa. Secuta paucis post die-
bus altera victoria, decem ex eodem hoste, naibus
captis, cum prætoria, quæ pretiosissimis mercibus
fuerant onus, Indè progressus Venetus, totam
Syrie oram legendo, res partim amissas recu-
perauit, partim etiam periclitantes tueri nitebatur.
Nec Galli interim, impigre rem agebant, sed Tyrū
urbem, omnium præter Hierosolymam C. Antio-
chiam, totius Asie potentissimam, antea fruflra,
per quatuor menses, immensis conatibus oppugna-
ta, à terra adorti, Venetos hortabantur, ut à ma-
ri oppidum, validissimis viribus oppugnarent. re-
nuit dies aliquot obsidio, urbenque ipsam, in ferti-
lissi-

bissimò solo posita m; & r frugum parentem (quis crederet) obfidence ac fame, ad humanos cibos cōpulit. Verū cum Galli trepidi, mox in castris aegerent, quod Sulhanum Aegyptium, maximis copijs affutorum nuntiaretur, de fuga cogitare incerant, quando ipsi soli, grauiſſimo discrimine, hostibus obijcerentur. Veneti autem, quibus mare ad fugam pateret, facile relicta prouincia, indē abituri. quod cū Venetus Dux resciceret, ut maiori clariorique animo, rem inceptam, christiani persequerentur, scirentque se à Venetis, si qua uis, à barbaris ingrueret, nunquam deferi, classem primò proprius terram adducit, deinde nauium omnium gubernacula, in castris ad Varinundum Hierosolymitanum Antistitem, pub. edicto deferri iussit. alij tabulas, ex singulis nauium carinis renelli, aliave remigij instrumenta adempta, & in castris delata scribunt, quæ firmissima constantiae signa haberentur. qua spe, cū diutius nostri, urbem obfidence cinxissent, dolo magis quam virtute, tandem & astu, quæ an rectè fiant, in hoste non requiruntur, urbe non sine tamen Venetorum clade, pridie Calen. Iulias sunt potiti. populoque Veneto parere eos docuit. & quas regiones, quasque gentes, nullæ nobis

bis antè licere, nulla vox, nulla fama notas fecerat,
 eas Dominicus Michael, & exercitus, Venetaque
 arma peragrarent. fuit ea victoria Christianis ad-
 modum lata. Data tunc Venetis in Syria prile-
 gia non pauca, sed quoniam fuerat obsidio illa, lon-
 ga & laboriosa, & quia procul à patria, Dux pe-
 cunia quæ bellorum nerui appellatur indigens; ne
 milites stipendijs causa, aut ad hostes deficerent, aut
 castra relinquenter, ex corio bubulo, ad tempus scor-
 teos nummos, publica forma ob-signari iussit, eamq;
 classiarijs, ea conditione numeravit, ut domum re-
 versis, aurea, argentea ve pecunia, fide optima inte-
 graque daretur. Quarè quandiu in Syria Dominic
 Michaelis ductu, & auspicijs, contra fidei & reli-
 gionis hostes, à nostris est bellatum, imaginaria ve-
 luti pecunia, mutuo inter se vtebantur. Restat ad-
 huc in ea familia, tam clarum, tamque illustre au-
 thoritatis exemplum, nam in eius gentis insigni-
 bus, aurei nūmi, gentilibus suis signis uidetur, iam
 tū à Duce illatis, cū antea aliud insigne Michaeles
 gestarent. Sed quum res Venetæ à Ioanne Conſt.
 Imp. (quem nostrorum quidam Calorianem appel-
 lant) ob rem p̄eclarè in Syria gestam, non me-
 diocriter concitarentur, Dux inde abire est coa-
 ctus.

flos. Quare Rhodum prius, celebrem Carpathij maris insulam, que Venetis multa, ad classem necessaria via, preter alia denegarat, invadit, & diripit. max Chio mediterranei aquoris insula occupata, Isidori corpus, inde Venetas asportavit, quum tamen diuersus in ea insula hybernasset, Samum postea, appertente iam vere, Lesbum, & Andrum, Aegaei maris loca oppresse. quibus circa Cycladas gestis, Methonem Peloponessi urbem, in ditionem receptam, opulenta ibi facta præda, atque inter suos diuisa, militi præsidio munitam reliquit. inde præteruectus, Iaderam Veneto nomini infestam, memorabiliter apud ceteras rebelles urbes exemplo, magna ex parte diruit, ac præsidio nudat, ne locus aliqui natura munitus, sedes belli fieret hostibus. Spalato deinde, ac Tragurio Pannorum urbibus, in ora Dalmacie, armis receperis, dominum gloria & divinitatis plenus, trigesimo ex qua discesserat. mense est. rex versus. nobilis apud posteros, si ut mirari, ita & imitari in unum inducerent, virtutis & religiositatis exemplo. Verum quoniam, neque maius est ali quid, neque admirabilius, quam quod is qui multus viserit, scipsum deponit. vixit. nihil enim unquam cum sterna virisque. Landequaque gessans, nisi in ipsam animam

animi modestiam, oculos prius detorqueas. tanta qui
 dem fuit Dominici Michaelis, vel animi modera-
 tio, vel etiam in patriam charitas, ut Siciliæ Re-
 gnum sponte sibi oblatum, forti animo negligereret.
 Sed nihil magis decorum, Dominicus Michael, fe-
 cisse in ea expeditione est visus, quam quod summo
 honore in patriam attulit, lapidem illum, super quæ
 Abrahamus, Dei iussu, Isacium filium voluit inte-
 rimere. atque eum super quem, Moses, Deum est al-
 locutus, & illum super quem, Christus humani
 generis seruator, apud Tyrum, discipulos docens se-
 debat. quem unum eundemque esse, multi affir-
 mant. is spectatur hodie, super altare, in ædicula
 Io. Baptiste, quæ nunc aurea æde comprehēditur,
 ea parte, qua ad fori portam, vel ad geminas colu-
 mias itur. attulit & veram quandam Christi ima-
 ginem, parieti affixam ad Ianuam ædiculæ Io. Ba-
 ptiste, in ipsa D. Marci æde, ubi Lampades, aliquot
 matutino tempore accenduntur. cum his etiam ve-
 here curauit, lapidem ex porphireto marmore,
 miro naturæ artificio cauatum, ubi nunc in eodem
 templo lustratur infantes, adduxit postea secum ex
 Pera ablatum, D. Donati corpus. Huius Ducis
 tempore Cathedralis ecclesia arsit, quam Bonifa-
 cius

cius Faletrius Episcopus, Vitalis Michaelis successor, postmodum instaurauit. Marcus præterea Julianus, patritij ordinis vir, publicam Charitatis eadem, cum Canonicorum Cœnobio erexit, templum nunc splendidum, præcipuaque religione præditum, cui nobilissimum conclave, cum celeberrimo collegio accubat. Dux autem cum Rempub. annos un decim, magni ac fortis animi iudicio gubernasset, extremum vitæ diem, morte confecit, & pub. funere est elatus. eius sepulchrum, in vestibulo D. Georgij, è regione fort, maioris cognomento dicti, hodie conspicitur.

PETRI POLANI Elogium.

NON possum sine magno, graviisque piaculo, memoriam tui Petre Polane, tacitus in presentia præterire. nam Dominici Michaelis Ducis sacerdi tui secutus exemplum, belli pacisque artibus longè optimus, ac summis animi, corporisque donibus ornatus, patriam legibus, ac præclaris. institutis fundare, opera & consilio curari, optimum facta, semper ès arbitratus. Tradidisti scriptores, quos sequi

hac

hac in parte duximus, sub prima huius Principis
 nitia, Fanum Piceni, seu Umbrie amoenissimam
 urbem, in Adriatico littore, inter Pisaurum, &
 Sennogalliam positam, quia diutius, à finitimiis bel-
 lo, & armis acerrime vexaretur, ultra se, & ci-
 uitatem, in Venetorum fidem, & amicitiam con-
 tulisse. ex quo nostri semper eos, non modo tuer-
 dos, sed etiam augendos, atque honestandos volue-
 re. Fannenses pecuniam, & mille olei libras, an-
 nui tributi nomine, ad aureæ Martiane ædis usum,
 sunt polliciti. Constat non multò post, arma à Vene-
 tis sumpta, contra Pisanos, veterem iniuriam, sibi
 à Ioanne Michaele Ducis filio, & Henrico Conta-
 reno apud Rhodum illatam, vlcisci volentes; plus
 tamen clavis, quam intulerant acceperunt, grauio-
 resque in dies calamitates, subire videbantur, nisi
 Eugenij illius nominis. I I I. Pont. Max. autho-
 ritas intercessisset, qui Pisii oriundus, iniquissimo fe-
 rebat animo, ciuium suorum stragem. Sed Po-
 lanus interim, ut ciubus, & patriæ consultum à se
 prudenti consilio, in posterum videretur, cum Dal-
 matis egit, ut quandocunque Veneti Principes, in
 hostes mouerent, aut quindecim nauium classis, sub
 Venetis signum, in altum educeretur, singulæ vr-
 bes,

bes, singulas triremes, aliave ad classem opportuna instruerent. Patauni à Venetis hoc tempore, ob finium discordiam defecere, trecentique ex ipsis postea in pugna capti, atque aliquantum custoditi, sine precio postmodum dimissi fuere. quod ad clementiam famam conciliandam, multum contulit. ex eo enim facile pater, Venetos tāne clementia humanitatemq; quam militari etiam virtute, multis gentes, & populos viciisse. Sed dum hec in Venetia fierent, Rogerius, Rogerij comitis Siciliæ filius, mortuo Galiero Apuliae Duce, non Daunia modo, sed magna Græcia, Lucania, Campaniaque potitus, Italæ Regem se dictabat. atque inde deuictis ingenti clade, in Africana Saracenis, & Tunetis Rege, sibi tributario effecto, ensis caputo, prospero foelicique rerum successu auctus inscripsit. Apulus & Calaber, Sicilius milite seruit & Aphena. Is. Hemanuel etiam Imp. bellum indixit, iudicium fortiter ges- sit. vastata est omnis Græcia ora, & Byzantium; In cuius gratiam à Venetis, contra ipsum Rogerium, classem celeri studio, parari est decresum. hanc cum Polanus Dux, eo animo ductaret, ut in Rogerium moueret, foedissima tempestate superueniente, triremes per aliquid dies, non parvum iactatas, apud Ca-

E prulas

prulas continuat. ubi Princeps vel prægranante a-
tate, vel aeris intemperie graui morbo confuctatus,
in deploratam valetudinem incidit. placuitque ex
Senatus consulo, referente Dominico Mauroceno,
qui Polano in sedem succedit, ut Dux in patriam,
rediret: atque Ioannes Polanus Ducis frater, &
Rhainerius filius, classi preficerentur. qui accepto
Imperio, cum ad Corcyram insulam; Adriatico si-
nu, irrequieto cursu emenso deuenissent, eam feroci-
ter inuadunt, modicoque negotio, ex hostium ma-
nu, vi ereptam, militarique præsidio munitam, Im-
peratori restituunt. hinc discessi Corinthum Acha-
iae caput, totiusque Græciae decus, atque nobilissimum
quondam totius Europæ Emporium, & Thebas
præclaram Beotiae urbem, in potestatem accipiunt.
mox omnia Rogerij loca tumultuosè inuadunt, cum
strage rerum omnium, quacunque irent. Postea
Rex prælio à Venetis fusus fugatusque, nauibus vi-
ginti amissis, trepidus & inglorius, fugam arripuit,
indè nostri magno impetu auersi, Siciliam aggre-
diuntur, omniq; iniuriarum genere affligunt. Oppi-
da munita, improisu aduentu capta, & incensa,
multarum etatum opera, clarissimaque virorum
monumenta, miserabiliter extingunt. parum mi-
ni

nimumq; absuit, quin insulam, fermè omnem, sua
ditionis fecerint. fuit igitur eo tempore Gracia, à ca-
lamitoso prælio, Venetiis armis defensa. Ducis in-
teritus, qui non multò victoriam præcesserat, in cau-
sa fuit, quo minus, frater & filius, maritimi Du-
ces, ob rem præclarè gestam, gloriose triumpha-
rent. hoc Duce Bonifacio Michael, qui in seruato-
ris phano, Vicarium agebat, cum ceteris qui ibi rē
Divinam faciebant, Canonicū dogma suscepere. nec
multò post Clementis adem inter alii spiritus, &
gratiarum Cœnobia, Petrus Gratiosus construie-
cit. quo etiam tempore inter Murianum & Mat-
iurbium, Iacobi cognomento palmbris diversorum,
Vrsi Baduary, & Ioannis Trioni opera est erectū,
quem locum Cisterciæ vngipes olim cenuere; iung
sacrorum curam, ibi Francisci gymnopoides habet.
Sed Polanus cum Ducatum amisit, unde rigunt se-
missit, vitam deforvit, fuisse Murianum, ad D.
Cypriani est clatum.

**M A U R O C E N I E I V S D E M C O
gnominis, & Marini Gradonici
Elogium.**

N O N minorem triumphi speciem, retulisse
videri possunt, Maurocenus eiusdem cognominis;
Dominici Ducus filius, & Marinus Gradonicus
collega, ex omni patricio ordine viri lectissimi, qui
Anchonitanis, nauali prælio decictis, ac quinque
eorum triremibus captis, contra Histros, mariti-
mis latrocinijs diutius affuetos, quique omni tempo-
re, in præda, & sanguine versabantur, triremes
quinquaginta, fœlicissimis auspicijs educentes, Po-
lanos primò oppugnare, atq; armis aggredi ceterant.
Quare ubi literis & nuntijs, oppidanæ certiores sunt
effecti, bellum maximum & formidolosum, contra
eos per Duces decernit, atque parari, Venetos Impe-
ratores, confessim per caduceatores monent, atque
ad concordiam hortantur. nihil tam populare arba-
trati, quam ut depositis utrinque ferocibus animis,
aquis conditionibus, in suam amicitiam rursus reci-
piant. Assentiuntur Veneti, qui nihil unquam
maluerunt quam pacem, quique sola laude conten-
ti, nihil ex victis hostibus præter victorie nomen,
sibi

fibi quesiueret. Quare post varia hinc inde conditio
nes oblatas, hos postea libens uterque populus est: cū
plexus, ut bina millia pondo olei, Martianæ ædi,
quotannis persolueret. Parentini tunc suis viribus
diffisi, auxiliarias copias, quocies Dux in aliquos
monifet, sunt polliciti, hos Hemonenses securi, non
auxiliaria ratiuncula arma, sed annum olei tributum,
daturos se constituerunt, quibus rebus compositis,
Maurocenus & Gradonicus, absque ulla occisio-
ne aut strage, domum ouantes sunt reveri, atque a
Dominico Mauroceno Duce, & cimbris, benigne
fuerunt excepti.

VITALIS MICHAELIS Elogium.

HIC à pace primum auspiciatus, anitum in-
ter Venetos, & Pisanos inflammaturum odium, ani-
mi facilitate atque clementia leniuit. Sed tranquil-
lo otio diutius perfaci, aduersante præsertim fortu-
na, ciuitati non licuit. Nam Hemannel Constanti-
nopolitanus Princeps, homo haud miti ingenio, ne-
que mansueto, sed qui multa in Venetos, per sum-
mam iniuriam & contumeliam perpetraret (ut

E 3 Gra-

Græcum hominem possis agnoscere) indignè ferebat , Venetos noluisse contra Gulielmum Siciliæ Regem , qui Rogerio successor est datus , arma sumere . Quare obliterateda veteris beneficij memoria , à Venetis paulo antè accepti , qui sociali bello , Græcorum fortunas , & que ac suas , contra Rogerium Siciliæ Regem , impensè fuerant tutati , contra eos subito impetu arma mouit ; Venetosque omnes , qui in tota Græcia mercaturam fecerant , custodiri iubet : percusso prius foedere , cum Stephano Pannone Rege , Venetorum hoste infestissimo , quo Duce , Spalatum , Tragurium , & Ragusium Dalmatiae urbes , vafro callidoque Græcanico commento diripuit . inde negotiorib[us] omnes , quos recenti decreto , totius Græciae emporia , frequentari denuò iusserat , simulataque pace , per nuntios , fide publica emocerat , vero die , contra ius gentium , comprehendendi iubet , eorumque bona in publicum rediguntur . Sebastianus Clavus interim , & aurelio Maestropetrus , qui pro renomanda amicitia , Byzantium legati nomine petierunt , magna quiete inservierunt , exultationis virtus , qui Dux eadem postea dignitatem suam adeperit , tamquam retinaculo ciuitate uolumen excedit , & eneas subito itinere

repetunt; cumque tam infandum facinus, in Senatu de more retulissent, Vitalis Dux, in quo summa elucebat virtus, & in periculis fortitudo, nihil in tam aperto rerum discrimine cunctatus, triremes centum, intra dies totidem, onerariasque viginti parari, omnibusque ad bellum necessarijs instrui iubet, quibus Histri, ex pacto antea cum Venetis facto, decem addidere. statimque ipse oram soluens, Leonardo filio pro Duce relicto, urbes prius ab hoste vastatas, inditionem recepit. Euboeam deinde & Chium, Aegei maris, ac Imperij loca, hostiliter inuadens, nec etati, nec sexui parcendum duxit, in quo prælio maxima operis pars, Vitalis Michaelis fuit, qui cum pugnandi artem, & audaciam ostendisset, confitio etiam omneis anteibat. Quarè Hemmanuel Venetus armis oppressus, veritusque regno deturbari facile posse. Legatos iterum sibi manda-rit, audiissimè postulat. nisi Antistes Equilinus, Greci sermonis non ignarus, & Manasses Baduarius, vir Consularis, per quos Grecus, promissa tandem bonorum restituzione, & quis postea conditionibus pacem impetrat. nec quietit tamen, quin solita perfidia usus, aduersi aliquid, contra Venetos strueret; nam dimissis legatis, cum exploratum ha-

E 4 beret,

beret Imperij vires, longè inferiores esse, quam Ve-
netorum, nec ob id cum eis congregandi auderet, fontes
& flumina, unde Veneti aquam hauriebant, ve-
neno infecit, ex quo pestilentia subito exorta, ex no-
stris quāmplures absumpsis. periere tunc, aduerso
fato Iustiniani omnes, cuncti enim pro charissimæ
patris salute, & pro Reip. incolumente, arma sum-
pserant. ne autem Iust. familia tam benè de patria
merita, funditus interiret, Dux qui hoc unum præ-
ter alia ciuitatis incommoda permolestè fruebat, cū
Alex. Pont. illius nominis IIII. per litoras &
nuntios egit, ut Nicolaus eiusdem familie, qui sa-
cra Deo Opt. Max. ad D. Nicolai littorei facie-
bat, à Canonibus ea in parte solueretur, liceretque
ei ad suæ gentis sobolem restituendam, Annam Vi-
talis Ducis filiam, quam unicam habebat, uxorem
ducere concessit eam veniam impunè Alexander
Pont. dederat enim eodem exemplo paulo antè hu-
iusmodi facultatem, Constantia Gulielmi Sici-
liæ Regis filiæ, ut soluto tunc religionis vinculo, ad
prolem suscitandam, Henrico Imperatori, Frideri-
ci Ahenobarbi filia nuberet. Sed faustissime Iusto-
nianæ nuptiae fuere, nam liberos mares sex, foemini-
nas vero treis, ex eo tam felici coniugio suscepere.

quo

quo pacto familiam penè lapsam¹, è tenebris in lucē
restituere. mox Nicolai pristina castitatis & re-
ligionis haud immemor, ad Cœnobium rediit, aedi-
ficato prius non longè à Torcello Virginio, quod
D. Adriano dicatum esse voluit, in quo Anna
vixor, monasticam vitam, ad supremum usque etat-
is tempus, sanctissimè egit. claruerint ambo mul-
tis miraculis, persticteque ad patrum nostrorum a-
latem, tabula quadam, in æde Nicolai littorei, in
qua utriusque imago, magna cum admiratione spa-
stabatur. Civitas verò percussa, ob tam atrocem,
tamq; funestam rem, que urbem quoque ipsam, a-
deo samicē morbo populabatur, ut animam agen-
tium corpora, terrâ altè lateque effossa, miserabili-
ter obruerentur. In DuceM, totum id malum popu-
lus contulit, quæ summam ciuium inuidiam addid.
Eius, septimo & decimo, sui Principatus anno, est:
interfectus. funus ad D. Zacharia delatum. hoc
duce, Procuratoria dignitas, que ampliss. est, &
Principi proxima, tunc primum in urbe fuit exco-
gitata. obtinuit eam primo Angelus Faletrius Or-
delaphi, Ducei filius, cui templi aurei cura, fuit de-
mandata.

SEBA-

SEBASTIANI CIANI
Elogium.

NVL LVS certè priorum Ducarum, ad hāc
diē, nec concētōnis magnitudine, nec celeritate confi-
ciendi, Ciani trophea potuit adēquare. Siquidem
gloria fuit illustris, ac peruagata multorum, ampli-
simorāq; , vel in suos ciues, vel in patriam, vel in
omne genus hominum, fama meritorum. omnia. n.
decora, & insignia, quibus Imperij Veneti dignitas
fulget, huic accepta sunt ferenda. Enim uero obla-
tron licee multi, cæteriq; urbis amplitudini, atque
splendori, improbè innideant, hāc quidem ciuitas,
Alexandri. Pont. Friderici Ahenobarbi Imp.in-
sidios fugientem, atque ideo Venetūs, intra chari-
ritatis Coenobium, ignoto uiliq; habitu . multis ta-
ctacum fluctibus, totaq; Europa exulem, atque ino-
pem, quicquid socius Italie Principum fidem, suspe-
ctam habebat, statim excepit, & fonsit. Quare co-
gnita ab Imp. Venetis bellum denuntiat, eosq; impe-
rij hostes appellat, mina non vulgares legatis pro pa-
ce eum Pont. missis adduntur, atque ira percussus,
omnes suas vires in eos intendit, milites statim scri-
bit, omniaq; parat, quæ ad belli usum necessaria
vide-

videbatur. Verum Cianus triginta longis nauibus
 comparatis, decepsos de manu Pont. qui rem Diuinam
 fecerat vexillo, his verbis; perge Ciane, & Vene-
 tum nomen inuictum, iuuantibus Dijs praesta. qui
 felicibus auspicijs oram soluens, Friderici Impera-
 toris filij classem, quam quinque & septuaginta tri
 remium fuisse costat, iuxta Salborium Histriæ pro-
 montorium congressus: locus alioqui ignobilis, sed
 qui victoriae magnitudine, clarior aliquanto sit effe-
 ctus. quo in loco, extant adhuc carmina quedam, in
 antiquissimo marmore incisa, in pariete templi D.
 Io. Baptiste, que tanta victoriae monumentum, te-
 statum relinquunt. Diuina ope, parta victoria, nul-
 le cedes, nullis captiis ex Venetis, hostium tamē
 multi desiderati, longe etiam plures captiui sive
 effecti. duabus præterea Ottonis nauibus, in ipsa
 pugna, medys aquis obrutis, octo & quadraginta
 captiis, in quibus Imperatoria fuit, cum Ottone ip-
 so, qui Venetas vitios ducas, magnam triumphi
 speciem exhibuit maximumq; Principi, & pa-
 triæ decus præbuit. Vide Alexander Venetorum
 opera; longo post tempore, pristinæ suæ dignitatè
 restitutas, pax inter ipsum, & Imp. more concilia-
 ta, Veneti Principi maiestatem, multis tropheis &
 fascibus,

fascibus, quibus Princeps hodie utitur excoluit, atque inde maris desponsationem. Et culparum omnium veniam, cum Marcianam adem, tum charitatis, Iacobi de Rioalto inuisentibus concessā, statis quibusdam diebus constat. que sunt et erūt (et si scriptorū hac in re variat fides) monimenta tante victoriae sempiterna. Nihil enim in tanta rerum gestarum gloria contingere potuit, aut ad illud præsens decus pulchrius, aut ad nepotes memorabilius, quam ut is Princeps, supplex Venetius peteret, que plures olim gētes et populi, flexo antea poplite adirebant. nec ab refactum à patribus arbitror, qui totius belli seriem, in suo comitio, celebri pictura, exprimi publicè decreuerunt, ut res latius in urbe vagata, manaret ad posteros. edixit præterea, ut quoties Princeps in publicum prodiret, patres frequentes semper adessent, atque cœrulea vestimenta, eaq; annua, sub natalitia festa praconibus, singulo quoque anno liberaliter donarentur. Multa insuper extant huiusc Principis, in patriam ornamenta. nam gemina et columnæ teretes, præstanti forma, Costantinopoli, qd nos aduectæ in ea Marciana area parte, qua ad meridiem spectat, eo Duce sunt erectæ. ibi nunc fontes capitali supplicio afficiuntur

ficiuntur. Hic bipartitam maiore Eurippo ciuitatem, ligneo ponte, omnium maximo, primus iunxit, qui à Germanorum emporio, ad Riuum maltum excurrerit. Indè exhaustum ararium, ea temporis nouitate, quadam mutui ratione, à Vitale Michaeli Duce, huius nominis I I. frustra antea excogitata, in melius restituendum curauit. Splendidam quoque, aureamq; D. Marci edem, in hanc ipsam, quam nunc aspicimus formam, acceptam multi referunt. Tabulamq; auream, dignitatis eximiae, gemmis et margaritis instaurauit & auxit, testes sunt literae, in ea excutæ. erat tunc Angelus Faletrius tantummodo procurator, Verum post ampliss. Ciani Ducis legatum, quum ille duplici curæ impar esse credereatur, alter finit suffragio creatus, ut hic sacris Thesauris, ille recentioris legati procurationi præcesset. famaq; est; illam piam nummorum dispensationem per procuratores, pauperibus tunc primo institutam. Is antiquatu illa, simplici suffragiorum ratione, duodecim virorum suffragio, qui Michaelis Ducis parricidium fuerant vlti, Dux omnium qui in ciuitate fuerant locupletissimus, incredibili omnium letitia est declaratus, qui alium postea eligendi ordinem, aliquato cautiorem, supremo sui Duci illi anno

no instituit. Illam quoque pecunie largitionem, quam Principes, altero à sue electionis die, per fornū electi, in argumentum, vel lētitia, vel liberalitatis; profusè effundunt, gratias simul & benevolentia, multitudinem deuincire cupentes, ab hoc ipsa excoigitatam video. Hic prægrauante etate, & morbo, seipsum abdicans, ad Georgij Phanum, è regione fori concessit. ibiq; non multo post vitam deseruit. vētano sui Principatus anno, eius sepulchrū marmoreum, in ipso Gœnobij vestibulo cōspicitur, ubi omnium sacerdotum collegia, quorū annis sua manibus parentare, testamenti ſtabulis sanxit. urbe prius opt. institutis ac legibus, magnificenter simisq; operibus illustrata. Petrum filium, qui post Henricum Dandulum Ducalem ſedem, omnium consensu est adeptus, heredem ex aſſe reliquit, ea tamē lege, et quasi Diuinaret, ut ſe abſque liberis ē vita decederet, omnes familia ſue fortune, que omnium amplissime habebantur, partim D. Marci edi, partim etiam D. Georgij Cornubio aſcribentur. ex ipfismer postea testimenti ſtabulis in iure corra illud addidit, ut ſingulis carceri adanciātā, mācīpati, duo pannes & vini mēſura, pietatis, canſa quotidie darentur.

Henrici

HENRICI DANDVLI.

Elogium.

SALVE tu quoque heros magnanime, in
hoc fortissimum Ducum albo, & genit nobilitate,
et animi robore, meritò referende ; qui nisi Reip.
prefuisse, eam minime, tam claram tamq; illustrè
hodie videremus. In quo certè viro, nescias quid
prius landes; nam cum in bello gerendo, fortunatis-
simus sit. visus, in rebus etiam agendis, consilio plu-
rimum prestigit. quippe cum Byzantium, pro pa-
ce cum Hemanuele Imp. impetranda petisset (qui
præter incommoda multa Venetis data) Aucontianos ab eis alienauit, & Stephanum Pannonicæ
Regem, callido vafroq; ingenio, contra eosdem con-
citanit, adeo certè à Græco, scelesto alioqui, et per-
fido homine, indignis est habitus modis, quod con-
stantius, liberiusq; Remp. gesisset, ut obiecta sibi,
contra ius gentium, ante oculos, candenti lumine,
enec tabula, rifiu penè fuerit captus. Hic postea eo
in primis nomine, cum honoribus etiam ampliis. &
laboribus maximis, pro Rep. perfunditus esset, Dux
magnifico patrum ac populi consensu creatus, ma-
jorem quam ante operam, patria optime de se me-
ritæ

ritæ, impendere accuratius contendit. *Enim uero Polam & Mugliam, Histriae ciuitates, quæ à Pisanis fuerant occupatae, Io. Basilij, & Thomæ Falterij ductu recipit, quarum magnam partem diripit, direptam incendit, earumque mœnia, haud uno loco disiecta, ne hostis amplius se eò reciperet, solo & equat.* Sic Polanis rebus accisis, Bonifacius Monferratus, & Balduinus Flandriæ comes, alijque Galli Duces non pauci, Venetias venerunt, ut contra Turcas Saracenosq; loca sacra, temerario ausu, ac nephando prorsus, execrabilisq; scelere infestantes, cōmuni animo cōsilioq; moueret. Sacrum illud bellum pietatis causa suscepimus gestumq; , perfici non posse videbatur, nisi Græci prius, infida pernicioſaq; gens, quæ aliquantulum à recto dogmate, dissentire videbatur, ad officium reuocarentur. Sed ut facilior eis, ad rem tam opportunā, tamq; Reip. christianæ necessariam peragendam, aditus patet, Venetorum opem depositunt. Quare Henricus pub. priuataque ira vehementer incensus, ob violatum legatorum ius, quod penes cunctas nationes, sanctum habetur, opinione celerius classem parat, humanis stimulis est religio addita (huic enim non res Veneta solum, sed religio ipsa omnium maximè

CHRE

cur & fuit, laborauitq; plurimum, non tam ut maxima, opulentissimaq; ciuitas esset, argenti & aurum possessione, quam ut felicissima, & virtutum ornamentis celeberrima haberetur) Quamobrem Gallorum Ducibus socijs, sacrisq; auspicijs ritè peractis, Rhainerio filio pro Duce relicto, Idib. Octobribus, Venetijs profectus, omnem Illyrici oram recepit. nam Histri, Lyburni, Dalmataeque, Pyraticæ facilitantes, & præsertim Iadertini, qui à Venetis quinto iam descivierant, Vngarorum parteis secuti, bello tunc à Venetis fuerunt domiti, atque ob suam perfidiam, ignominia affecti. Pannoneque hoste, indè armis expulso, leges acceperunt, ne quid postea turbulenter temereue committerent. reliquas autem urbes, quæ adhuc in fide permanserat, in officio pridentissime continuit. Histris etiam tributarijs effectis, & præsertim Tergestinis. Byzantium mox suo ductu ad nauigias, cum classe ducatarum, ac quis draginta nauium, Alexiam Inniorem, Isatij filium, in Regnum restituit, quo postea per fraudem, & Murciphilo, scelestissimo homine, è medio sublato, urbem ipsam Venetæ felicitatis æmulam, iisdem socijs, Græcis prius ademptam, Latino nomini asserruit, sicque male partum Imperium, cum vita si-

F mul,

mul, ignominiosa Manciphilus amisit. Capta vrbe, in quo pugna ardore, Dandulus miram virtutē præstítit, omnia prius fuerunt emendata, quæ antea minus ritè, secundum christianum dogma siebant. deinde Duces in unum collecti, Baldwinum Fladrie comitem, Imperatore eligunt. Thomas vero Maurocenus, Veneti patrityq; sanguinis vir, primus Patriarcha est dictus (ita enim inter se prius conuenerant) ut Veneti Antistitem, quem mallent eligerent, si Gallis Imperium sorte cessisset, ne penes unā gentem, utræque essent dignitates. Thomas Patriarcha Romam profectus, ab Innocen. III. Pœt. Max. sacris est initiatus, mitraq; & lito pastora li insignitus, postea Constantinopolim reuersus, Baldwinum Imperiali sthemate inauguruavit. præda ingens tunc parta, auri, argenti, gemmarum, margaritarum, preciosæ vestis, & suppellectilis, multa græcanica opera; et præsertim, quatuor illi ænei equi, qui in vestibuli supercilio templi à fronte alacri statu prominent, opus est illud Lysippi, à Tiridate Armeniorum Rege, Neroni primo donati, mox à Constant. Imper. Byzantium aduecti, inde postea Danduli opera Venetias adducti; magnam de se spectantibus admirationem præbent. eo n. gradus motuq;

motuq; corporis stant, ut iamiam desistere, in subiectam planitatem pariter omnes velle videantur. testatur Bernardus Iust. historie scriptor grauis. vi. disse eos aliquando in gemma signatos, atque Romæ, dum ibi legatum ageret, in arcu triumphali Cū Stantini sculpos. Luciae præterea corpus, quod è Sicilia, Constantinopolim fuerat allatum, Venetas cū classe vehiculauit. Gallus vero Princeps, Henrico Duci, quoniam in eo bello, clara egregiaq; facinora edidisset, Lilia in suis insignibus, deferenda in posterum concessit, edixitq; ut in ea uxbe, Venetus magistratus perpetuè esset. Adiecit postea Dandilus, Venero Imperio, quare am totius Romaniae Principatus partem, quo nomine, deinceps Veneti Duces sunt appellati; atque Imperij normen tunc primò sunt adepti. Cretamq; insulam patrie adiunxit, inde Ragusium, & Dyrrhachium, atque Corcyram, ubi Jacobum Delphinum praesidiū loca relinquendum iussit, Thoma Mauroceni Antistitis ductu, qui Roma discesserat acquisiuit. plura quoque, cum ad Reip. statum, quam suo consilio stabiluit, rūm ad religionem ipsam, Deique Opt. Max. cultura spestantia, eo Duee sunt acta. & nisi inopportuna eiusdem Principis mors contigisset, Veneti Imperij

F 2 gloria,

gloria, longè maxima, eiusque fines longius quoque, tanti viri auspicijs processissent; qui non aegnario maior, tertiodecimo Ducatus sit anno Byzātij, vitam naturæ reddidit, atque in atrio D. Sophiæ sepultus fuerat ea ædes à Iust. Imperatore, multò antea condita. eius cadauer postea effossum à Maumethe, secundo Turcarum Imperatore, Amuratis filio, qui Constantino Imperatore, ciuitate, & vita spoliato, urbeque totius Orientis nobilissima potitus, in qua Christiana pietas, millesimum ac centesimum, supra nonagesimum annum floruerat, sacram Sophiæ ædem, prophanam fieri, impio iussu voluit. Imperatoria arma, quibus Henricus fuerat induitus, ensisque & clipeus, aliquando penes Turcarum Imperatores steterunt, mox vero à Solymano Selymi filio, Gentili Belino, pictori sui temporis egregio, qui è Venetijs Byzantium euocatus, regiam multis tabulis, rerum nouarum, ad oblationem, & Maomethis imaginem pinxerat, dono data fuerunt. atque Venetias ab eo dem aportata, Marco Dandulo, Doctori & Equiti præstantissimo, Mathæi Equitis Viri clarissimi, patri optimo atq; integerrimo donata. Sed Marcus ut erat excelsø animo atque invicto, cum ab eo

Princi-

Principo, originem non habere affirmaret, ob idq; sibi munus illud minus competere existimaret, ea fide Op. Henrici Principis successoribus deferenda curauit. Duce vita functo, ne Veneti qui in ea orbe, tanquam in nouam Coloniam, nominibus datis, veteris patriæ fere immemores habitabant, sine aliquo magistratu essent, Marinum Zenum Praetorem, concordi electione crearunt, fuitque pri-
mus, qui nouum Byzantij magistratum gesit. Inde Zenæ familie, bene optimaque postea cessit, ut si quando magni aliquid, inter Senatum Vene-
tum, ac Turcarum Duges agi oportet, per Ze-
nos viros Patritios fatali quoddam euentu, exequi
semper videretur.

R A S I N E R I I D A N D V L I , ET Rogerij Permarini Elogium.

VICTORIA contra Gracos parta, alijs
peremptis, alijs bello subactis, ut Imperij loca,
que ex foedere cum Gallis icto, ad Venetos iure bel-
li pertinere videbantur, melius commodiusque Ve-
netæ dictiori adiungerentur (quarta enim captorum
oppidorum pars, Venetis cessit, omnesque Aegai

F 3 ferè

ferè ac Ionijs maris insulas , ea de causa sunt ade-
pti) classis non parua , rebus omnibus est instru-
cta Rhainerio Dandulo , Henrici Ducis filio , &
Rogerio Permarino , Procuratoria tūm dignitate
illustri , egregijs propugnatoribus , omniaq; præ-
senti animo administrantibus præfectis : egressa
classis , in ipsis Hadriatici maris finibus , cuius
nulla pars , à periculo , cæde , ac latrocinijs vacua
erat , Leonem Vetratum Genuensem , prædonem
nepharium , pyraticis incursionibus nauigantes ue-
xare , & rebus spoliare est aggredita : quem me-
morabili prælio , cum nouem longis nauibus ca-
ptum , Corcyram adducunt . ibiq; publicè laqueo ,
præpostera veluti morte , vitam finire iusserunt ,
eo prius ostentandi gratia , viuo per insulam à
Venetis non multò antè receptam ducto . In quam
Insulam , tanquam in Coloniam , vel in quam rem
magis meus inclinat animus , Petrus Michael ,
Stephanus Foscarenus , & Sigibbertus Quirinus ,
sunt missi . Mox classis Veneta , Methonem &
Coronem Insulas , quæ tanquam pyratarum domici-
lia videbantur , expugnat , quas Raphael Zenus ,
præsidio custodivit . Cæteras deinde Aegæi maris
Insulas , quæ Constantinopolitano paruerant Imper-
rio ,

rio, partim patriæ, partim priuatis hominibus vindicatas, electis prædonibus præsidio firmat. (erae enim ea profectio ex Illyrico, in Ioniū & Aegeum euntibus, maxime pestifera, ac pernicioſa) interim Græcus quiddam Regulus, Henrionis nomine, Malliacus comes, Ligusticis nauibus fretus, Cretam Insulam, centum olim urbium fama clarissimam, ac omnium que sunt in Aegeo, Cretico, Lybio, Aegyptio, ac Carpathio mari celeberrimam, ausus aggredi, atque armis hostiliter tentare, eamq; fere totam, in ditionem receperat, nisi Rhainerius Dandulus, cuius antimū iampridem, paterna gloria vehementer incenderat, affuisset, cui duplicita classe, Imperium est demandatum, à quo adductis triremibus ad infestissimam Insulae partem, hostis adeo fortiter est repulsus, ut non solum Insula Venetis armis sit defensa, sed quatuor etiam Genuensium naves, cum ipso Henrico captae, in Danduli potestatem deuenient. Regulus ipse ultimo suppicio, Imperatoris iussu est affectus. Per id tempus grata patria, Rhainerium Dandum, in demortui Gratiani Georgii locum, procuratoria dignitate, inter Venetos augustissima, honestauit, & au-

F 4 xit.

xit. Verum ad Cretensium motus, in posterum
compescendos, Veneti, patriti plebeiq; ordinis ui-
ros non paucos, pedites hos, illas equites, in eam
Insulam, tanquam in nouam Coloniam, pub. de-
creto miserunt: cui Ducario nomine Jacobum Teu-
pulum, hac veluti pharogatua, quod Byzantii
plura, integerrime, innocentissimeq; perfunctus
erat, preficiendum curarunt. hunc ego fuisse ar-
bitror, qui Ducalem dignitatem Venetius, post
Eianum obtinuit. Neque tamen ligur, quem nun-
quam Venetus, neque lacescendum bello, neque
tentandum putauit, inceptam provinciam deseru-
it; quin dolo malo & astu, quibus gens ipsa, in
Venetos semper est usia, Cretam, seditione prius
turbaram innadit, crebrisq; incursionibus detur-
bat, atque Insulanos ad defectionem sollicitat, vel
ob acre, prepostquam illius gentis ingenium, vel
quod aegre ferebat hostis, binos Principes interce-
ptos, ignominiosa mortis genere fuisse affectos, ad
eorum tamen insanos conatus reprimendos, Dan-
dylus fortiter, strenueq; obstitit. Breuiq; est tota
ea Insula pacata, qui cum triumphum sibi de-
cerni cuperet, Creticiq; agnomen adipisci, nihilq;
minus, quam insidias timens, ab hoste improviso
prælio

prælio circumventus, venefato telo transfigitur;
ut tamen dignam, virtute sua, mortem obierit.
eius corpus Candaci (est ea urbs hodie celeberrima; ac totius Insulae emporium) funebri pompa
sepultura datum. Fuit ea res origo, & quasi se-
minarium maxima clavis, hinc inde accepta, &
illata, inter Venetos & Genuenses, cum quibus
usque ad ultimum sue gentis, & libertatis ince-
ritum, est pugnatum.

LEONARDI QVIRINI, ET M. Guffoni Elogium.

VIX fuerant Veneti, Cretensium rerum ne-
gotio, & cura, que maxima certò fuerat, soluti;
quam in maiorem postea molem, maiusque discri-
men, urgentibus fatis inciderant. Nam Vatazus
grecanici sanguinis vir, qui ea temporis nouitate
fretus, qua Veneti ad Cretam, in ditionem retinen-
dam, totis viribus nitabantur, quasdam Aegæi in-
sulas occupavit, quum ad Cretæ insulae nobilissimæ
imperium anhelaret; esseque, præuentibus iam
Venetorum armis, illius potiundæ deplorata spes,
vafro ingenio, aliud iter ingressus, cum Exagona-
rum

rum Rege, fœdus de Byzantio invadenda percus-
 sit. erat tum Byzantij Praetor ex iure iam antea,
 per Henricum Dandulum Ducem in ea urbe, iure
 belli quæsito, Theophilus Zenus, vir neutiquam ne-
 gligendus. Cæterum & coloni ab initio missi eò ade-
 rant. Sed Zenus non impiger, cum imminentis belli
 apertum periculum cerneret, Senatum ea de re cer-
 tiorem facere optimum arbitratus, Principem, &
 Patres, per nuntios, quo in discrimine, res tanti Im-
 perij, armis & virtute parti, in præsentia esse uide-
 rentur, monet. qui nec tardandi, nec differendi facul-
 tam esse, mature perspicientes, Leonardum Quiri-
 num, & M. Gussonium, leclissimos viros, ualidæ
 classi, ex Senatus consulto præficiunt. qui nihil segni-
 us Spartam ornare, omnique officio, ac potius pie-
 tate contendentes, oram feliciss. auspicijs soluerant;
 decreuerantque communi consilio, in Illyrico ad ea
 oppida perlustranda, aliquantulum commorari, quā
 do Byzantium, ab hoste iam obsideri, subitum nun-
 tium est allatum. quare maiori studio & diligen-
 tia, occasionem opportunitam nacti, iter arripue-
 runt. quæ cum in cæteris rebus, tum in bellis, om-
 nium gerendarum est mater, & opifex optima.
 Quamobrem incepturn iam iter perficientes, celeri-

ter in Hellespontum ; classem trahiunt . imminebat ferociter barbarus Constantiopolitanus . Sed nostri non perculti erant metu , non consilium , non animus defuit . nam cum hoste congreſſi , magis animis , quam viribus freti , in certamen descendunt , omnia circunſpicere , atque agitare cœperunt , ſumma ſua prudentia que vera eſt , militaris fortitudinis parens . vicerunt egregie Veneti , præſentia & hortatione Ducum ; eftque tunc à M. Goffonio , cōſtantius quam audacius pugnatum , obijtque non ſolum optimi Imp . ſed & militis strenui munera : vi toriaque , quae ſemper ad æquitatis partem inclinat , ſunt potiti . præterat hostiam clati , Leo Gaualla , fama ea tempeſtate illuſtris , cum quo Veneti fortiter dimicantes , eti viribus longe inferiores eſſent : rem tamē fortitudine & celeritate proſperè geffe runt . quatuor & viginti hostium nauibus , à Vene tis interceptis , ceteris metu & infectione diſie clis . priuia militibus eft confeſſa , addita eft victis ignominia ; caplmis enim antennis religatis , triumphali velificatione ; Byzantium urbem ; adhuc trepidantem ingressi , obſidione leuarunt . excipientibus magna cum latitia & plausu oppidanis . rebus ita pacatis , quibus nihil tum fieri potuit honoratus ,

cum

cum paucis diebus ibi essent morati, in patriam felicissimo cursu reuersi, ingenti lætitia ex non minus illustri, quam celeri victoria, ciuitatem affecerunt. Marcus Gassonius vero, non minus armis, quam religione clarus Phanum virginis, quod nunc Crucigeri tenent, & Matthæi ædem, templa à suis, proprio ære fundata, donarijs non paucis ornauit.

ANDREÆ TEUPVLI

Elogium.

S V N T. & Teupulis, qui pro patriæ salute, in tot, ac tantas dimicationses, sese obiecere, maxima suorum maiorum decora, fortiaque & illustria eiusdem gentis facinora, quæ nequaquam fuerant à me silentio inuoluenda. nā ubi sublime aliquid, & ex celsum versabatur, ibi semper ipigerrimè sese, et præclarè exercuerūt. ex qua familia veluti ex equo Troiano, viri bello, paceque clari, genuino splendore, in lucem non pauci prodierunt. Inter quos enituit Andreas Teupulus, Iacobi Ducis filius, qui non minus laude, & rerum gestarum gloria, quam Ducaria dignitate florebat; & Petri etiam frater qui Mediolani Præturam, magna sua cum laude egit; atque Ioannis, qui in gratiam Gregorij eius nominis

I X . R.

I X. R. Pont. (cuius preces aspernari, nō minus impium est, quām ab officio alienū.) quinque & vi-

ginti, namū classem ad Appuliæ urbes oppugnar-

das contra Fridericum Imp. Pontificis Ro. infestis-

simum hostem, Senatus decreto ducitāuit. Verūm

Andreas & corporis viribus, & animi magnitu-

dine pariter insignis, sexaginta triremum præfe-

citus, ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortu-

nisque communib[us] animum intendit, nec minus

quicquam cura habens, quām quod geri è Repub-

lō portaret; cum classe, frumento, stipendio, cete-

risque rebus, satis probè ornata, primò in Histriam

venit, atque Polanos, qui ex antiquo iam fœdere,

triremem dare neglexerant, fossa, vallo, propugna-

culis, mœnibus, & omnifariam munitionibus nu-

dat; ne præsidium aliqua ex parte haberent, quos

ne ad internitionem daret, pecunia mulctandus cu-

rauit. Inde per Adriatici sinus leuam enauigans,

Dyrrachium Epiri urbem, Ciceronis exilio celebrē

appulit, ut triremes cum Genuensibus coniungeret.

Enimuero Genuenses qui inducias in annos 9. Stè

phano Iust. & Marino Mauroceno, qui Ducalem

sedem, post Teupulum tenuit, legatis ad id Romam

missis, cum Venetis fuerant pacti, atque Gregorij

Pont.

Pot. authoritate addito anathematis spiculis sanctas, ab ijs per legatos petiere, ut sibi cōmuni nomine contra Pisanos, magno Friderici fauore fulcitos, auxilio esset, classem n. supra centum triremium contra Genuenses instruxerāt; quippe id in foedere cōatum uidebatur, ut alter alteri, quandocumque opus foret, afferret opem, estq; ob id à Venetis, tam ualida clas-sis, magno illuc cum dispendio missa. Sed lygur in certamen ab hostibus provocatus, nō expe-ctatis amplius auxiliarijs nauibus, in eos mouet atque trucidat quo nuntio audito, Tenuipulus qui omnia quæ ad militiam spectabat, optimè nouerat, inter retro flectere optimum duxit nam cuncta Ae-gæi loca, in officio manere, per id tempus sunt uisa: Quamobrem classem iterum ad Polam, quæ refectis viribus, denuò a Venetis defecerat, duxit urbemque (multò acrius quam antea accensus) ferociter adortus diripit. uictos ad internitionem persequitur. omnique iniuriarum genere affigit, nec alicui parcit, nō minus ipse opt. Ducas, quam fortissimi militis officio functus. deniq; nullū est clavis genus, quod tu ingrata Ciuitas, non sit perpessa. His fortiter gestis, domum repetens, omnium ordinum consensu benignè excipitur.

RH.AT

RHAINERII ZENI

Elogium.


VIX fuerant ab Andrea Teupulo, ex aucto
 rati nautæ, quum aliud nepharium, omniq[ue] imbu-
 tum odio bellum subito oboritur. Iadrenses namque
 obliti, quæ uel secunda fortuna, à Venetis habuerat,
 uel aduersa toties fuerant experti, pulso Ioanne Mi-
 chaele, tūm urbis Prætore, quinto à Venetis, ad Vn-
 garos transiere, atque Belæ eorū Regis arma secuti
 illius vexilla, animosè extulerūt. quam iniuriam Ve-
 neti ulcisci cupientes, Rhainerium Zenum, uirum
 grauissimum, ex Zena familio, à Zenone Imp. Au-
 gusto oriunda, cum quinque & uiginti triremibus,
 ac onerarijs uiginti, toti bello præficiunt, qui ex quo
 Dux fuit declaratus, nihil prolatandum ratus, terra
 mariq[ue] ciuitatem adortus, eam per menses duos,
 omni bellorum genere oppugnans, post non multas
 suorum strages, 2. Iulij die prælio fregit, et domuit;
 nam oppidani oppugnationis artificio, et belli asperi-
 tate, uehementer deterriti, se urbemq[ue] dediderunt;
 atque imperata facturos, tamquam ex syngrapha
 sunt polliciti. Rhainerus uero in prima acie pugnans,
 nihil sibi reliqui, ad virtutem fecit, aequæ aduersus
 ho-

hostes, non minori obstinatione, quam animi vigore
 dimicauit; ad quos prælio deuincendos, non alio
 quam Rhainerio Duce, fuerat opus. neque enim
 contra imbelles populos, arma mouit, sed contra eam
 gentem, qua bellica olim virtute, celeberrima
 fuerit, & hodie quoque, à maiorum suorum lau-
 de nō degenerarit. recepta vrbe, Petrus Dandulus,
 Duci Marci proc. Stephanus Iustinianus legati
 ad Belam, Pannoniae Regem, pro componendis re-
 bus sunt missi; qui sic prudenter negotium gessere,
 ut Rex ipse, ius omne, quod tam ipse, quam sui
 maiores, in ea vrbe, quocunque iure sibi antea ven-
 dicarant, Venetis libentissimè condonarit. Ioan-
 nes Michael, qui à Iadertinis, vrbe ignominiosè fue-
 rat electus, quem in ea obsidione, egregiam & ip-
 se operam nauarat, Clodiensis Prætor, statim est
 designatus. moxque Procuratoria dignitate auctus.
 Prætor tūm in eam urbem missus (ut quidam vo-
 lunt) Stephanus Iustinianus, sed ut alij Domini-
 cus Maurocenus, uterque tamen prudentia, &
 animi robore singularis; qui bellicosissimum alioqui
 populum, metu teneret, quem fides non tenuerat.
 Rhainerius autem, in patriam reuersus, quām in-
 ter ciues pulcherrimè staret, Procurator primum,

mox

mox Marino Mauroceno, quem unus & quadra-
ginta viri, primò crearunt, concordi electione, suc-
cessor est datus. quo Duce bellum contra Ligures;
crudele & perniciosum, hostium præsertim perti-
nacia est suscepsum. in quos Zenus irruens, eos ma-
gno animi ardore aggressus, parique successu profis-
gauit; caprisque septuaginta triremibus, cum præ-
toria puppi, Friscum Ligusticæ classis præfectum,
Venetias in triumphum duxit. ub tam singularē,
tamque insignem victoriam, Rhainerius Dux re-
pudiato veteri suo gentilitio insigni, albas lineas
duas, toridamque cœruleas, quas ex militari vexila-
lo, inter bellum erecto ademerat, posteris ad hanc us-
que diem, tamquam per manus acceptas, deferen-
das curauit. Vrbem preterea maiori quam antea
sumptu istaurauit. nā pub. vias, viacosq; oes, atq; pla-
reā, lateritio lapide sternifecit. & Pontē qui à Ger-
manico emporio, ad Riuum altum excurrit, maio-
rem amplioremque, quam antea à Ciano Princi-
pe fuerat extructus, fieri iussit. primusque ad capi-
tis insigne, limbum aureum addendum curauit.
Sed quād ex diuturnis belli calamitatibus, exhan-
stum iam esset ararium, quedam fuere à Principe
vectigalia excogitata. inter quæ, quād nouum, at-

G que



que in Cinitate inusitatum, ex mola commentus, es-
set, in quandam ciuilis discordiae flamمام incidit,
cui cum mederi studiosissime cuperet, in eum à nō-
nullis est conspiratum; adduxitque tumultus ille,
Remp. in maximum discrimen; nam & Princeps
qui populum verbis mitigare inceperat, ne quid de-
trimenti Respub. pateretur; ictu lapidis fuit viola-
tus. insana plebs, quasdam nobilium domos, in ea
trepidatione diripuit; in fontes postmodum est graui-
ter animaduersum. Procuratorius etia numerus, eo
Duce, bis est auctus, atque primo Marcus Superan-
tius, mox Iacobus Molinus, dignitatem sunt ade-
pti. demum Rhainerius, decimo septimo sui Princi-
patus anno, nonis Iulij è vita decepit. Cadauer ad
gemellorum ædem fuit delatum. Sub hoc tempore
Actiolinus Patauinorum Tyrannus, quem mulci
Ecelinum vocant, humani generis portentum, ac
quædam totius Italæ fax, contra quem Veneti, ut
Patauinorum rem adiunarent, milites, armæ, com-
meatus, & naues miserant, Martini Turriani, Me-
diolanensis Principis ductu debellatus; ignominia
impatiens, præ nimia ira, omnium miserrimus, est
morte consumptus. quum Tyrannidem, omni flagi-
tiorum genere, annos viginti exercuisse.

LAV

LAVRENTII TEPVLI
Elogium.

DVO per id tempus celeberrima erant, tu-
tius orbis emporia, Barbaris Damiata, nostris ve-
rò Ptolemais, colonia maritima, ameno montium
iugo clausa, celebrisque ob arenas, quas tot retro se-
culis, vitrarijs officinis exhibet, inter Carmelum
montem, & Sydonem urbem posita, nunc Accū
recentiori nomine appellatur, in confinibus Arme-
niae & Syriae, haud longè ab Antiochia, in qua ur-
be, quæ erat, conuentu mercatorum frequentissi-
ma, non Veneti solum, sed Genuenses, & Pisani,
ius antea, fibi quesitum habebant. Demum orta
est inter Venetos, & Ligures, veluti inter duos
opulentiss. populos, maritimarum rerum gloriari
sibi vendicantes discordia, quibusdama etiam simul-
tatibus inter eos, tunc reuincentibus: nam adem
D. Sabbæ, quæ Venetis antea per annos fere sexa-
ginta cesserat, Genuenses temerario auxu, eam si-
bi vendicare conati, sacrūm prophanantes, instan-
arcis communivunt, ibique omnis generis arma, ad
pugnam necessaria attulere. tum quidem domus
templa, & are, humana omnia, atque Diuina in-

G 2 ra,

ra, sunt violata. nihil est enim tam sanctum, quod
 non aliquando, hominum improbitas possit viola-
 re. Quare Veneti, rei indignatione accensi, cum in-
 signem hanc contumeliam, & dedecus, ferre non
 possent, multis prius per caduceatores pro pace fru-
 stra tentatis, triremes tresdecim, opportunè instru-
 etas, Laurentio Teupulo, Iacobi Ducis filio, viro
 prudenti consilio, nec bellicæ artis imperito commit-
 tunt; qui eas celeriter, per Ionium Aegaeumque,
 ac Syriacum mare eductas, Accon citato veluti
 agmine conuexit; catenaque fracta, qua portus
 occludebatur, treis & viginti Ligusticas naues;
 onerariasque duas direptas, omnes ad unam incen-
 dio absunt. ædem ab hoste prophanatam, qua
 parte fuerat munita, dirunt; promiscuaque cæ-
 de, in Genuenses saeculum. erat tum in ea urbe Pre-
 tor, Marcus Iustinianus, qui columnas duas quadra-
 tas euelli curauit, Ligustico marmore, cum epi-
 stylis: à basi, ad mediā ferè columnæ partem, Cru-
 cis imago spectatur; inde supra, qui locus appellata-
 tur scapus, vario operæ sunt incisa. hæ ad præsidij
 ianuam adiacebant, vel quod facilius crediderim,
 ipsius portæ fuerant veluti antes. visuntur ipsæ ho-
 die, inter auream D. Marci ædem, & forum, ad
 meri

meridiem erectora. huiuscemodi etiam victoriae monumentum, refecta lapis ille, ex porphiretico marmore, ad templi angulum erectorus. decreta ibi atque edicta, tam pub. quam privata, multaque magistrorum iussa; per praecones publice recitantur. Sed illius epistyllium, & spira, ex pario aut ligustico marmore, res adernatum excogitata, nostri quidem sunt temporis. Sed Genuenses ea clade, magis irritati quam territi, instauratis aliquantulum viribus, cum classe, duarum & triginta triremium, nostris apud Tyrum denuo occurrunt: contra quos Veneti, pristinæ virtutis memores, acriter instare, maximaque vi, est hinc inde certatum. fuit vero res Veneta semper superior. Tempulus autem, bis cum hoste signis collatis, bis re egregie gesta, Byzantini Gracorum armis, oppressis, opem tulit. mox prospere etiam contra eosdem ligures cum Andrea Zeno, altero tum classis Imp. pugnauit. his gestis in patriam vocatus, triumphans urbem iniit. sequens usque adeo in omnibus que excellenti cui, sunt necessaria exercuit, ut multis nominibus, patritiorum sibi favorem conciliarit. nec multò post, mortuo Zeno, cum inter Patres, genere, virtute, authoritateque plurimum valeret, Dux creatur, in cuius ele

Etione, diuersam quam ante ratione, ac longe cau-
 tiorem excopitatam constat. que in hunc usque
 diem, integra omnino perseverat. quo in loco, pa-
 ternam gloriam emulatus, egregia facta non pau-
 ca, ad patriæ comodum, et ornamentum effecit. ut
 qua virtute Remp. ab immanissimis hostibus, fo-
 ris strenue defendisset, eandem ab omni tumultu et
 perturbatione, diutius tutaretur. Quare Civitatem
 ingenti, periculosisimaq; fame laborantem, pre-
 senti veluti ope, primo sui Ducatus anno leuauit.
 mox inducis cum ligure hoste, in annos quinque
 pactis, vicitria arma, contra Bononienses conuer-
 tit, cum quibus triennio ferè, circa Padi hostia est
 bellatum. Sub hoc Principe, Cives Ceruiae, se &
 Civitatem, ultrò Venetis dediderunt. postremò cū
 patriam annos sex, prudentissime gubernasset, o-
 bixit. atque ad Gemellorum ædom delatus, in genti-
 litio suo sepulchro, est conditus. Hic Iacobum fi-
 lium reliquit, qui ut rem Christianam iuaret, in
 Syriam à Venetis missus, cum Pontificio legatu,
 contra Babylonum Regem, fortiter se gesbit: po-
 stea uero Io. Dandulo duce vita functo, cum uni-
 versi ciues, ipsum acclamarent, adeo temperatis
 moderatisque moribus fuit, & ab omni cupiditate
 remo

remotus; ut clam ex urbe euolarit, donec certior de Petri Gradenici Ducas electione esset factus; vir natura ipsa moderatus, Marochij disimulata persona latuit. est id rus, medio ferè itinere inter Taurifum, & Mestre oppidum, loco satis amæno positum. Stephanus eiusdem familiæ D. Marci. P. vir clarus, qui præclara tam domi, quam foris pro patria, facinora gesit, hereditario nomine, & veluti per manus, à suis acceptum, hodie possidet. Sunt qui scriptum reliquere, Iacobum præ nimia animi modestia, clam nauem concendisse, atque in Africam nauigasse, ut cunque tamen, summum eximiumque modestiæ exemplum, posteris reliquit.

ANDRAZENI Elogium.

DEBELLATIS uno atque altero præcio Genuensibus, Veneti ad Byzantij rem tutandam, animum & vires intenderant. quippe Baldwinus Roberti filius, Byzantij Imp. sub quo domestica proditione, regni auspicia conciderant, trepidare cum multis, non mediocriter videbatur. Ligur interea, nullum vel diligentiae, vel labori locum

G 4 relin

relinquens , affectas opes , ingenti studio & celeritate reparat . Quare triremes quadraginta , & naues decem optimè instructas in Syriam transmittit ; quo nuntio Venerias allato , nostri erecto in primis animo , & minime perturbato , honestissime quæ & magna cura dignitatem tuentes , non minori diligentia & opera , triremes . X V . & onerarias naues . X . ornant . his Andreas Zenus Patrum decreto (quibus illius integritas , & animi magnitudo , satis fuerat perspecta) cum Imperio præfuit . qui sacris prius , de more ciuitatis ritè perfectis (maximum enim in rebus humanis momentum esse arbitramur , si quam proprie , aut quam aduerso Numinе res agantur) Syriam versus , occiduo vento flante nauigans , classem cum Laurentio Teupulo iunxit , atque ex duabus una effecta , ambo Imperatoria dignitate ornati , unanimis ad hostium impetus reprimendos insurgunt . quos Zenus paruo admodum negotio , suis auspiciis prius , mox auxiliari classe , Laurentij Teupuli collegæ superauit . Quamobrem vicitis , & profligatis hostibus , ac multa cum strage , medijs vndis oppressis , quinque & viginti eorum naues , fuerunt à Veneris interceptæ , et Venerias in trium phum

phum adductas. multas etiam media pugna corru-
 pres, ac mari depresso constat. Duo millia &
 sexcenti, qui viui in manum victoris venerant, li-
 beralissime postea, ad unum sunt dimissi; inhumæ
 num credo rati, vel impium potius, nobile ani-
 mal, rationis rerumq; cœlestium capax, servitio
 adigere. uix tamen temperare potuerunt, quin
 omnium hostium loca, tam publica, quam priua-
 ta, quæ Ptolemaidi erant, funditus euerterent, ac
 solo æquarent. fuit ea victoria XXV. Men-
 sis Iunij die, quo D. Marci Tutelaris numinis ap-
 paritio, Venetijs tam religiosè, quam pie, à Vita-
 lis Faletrij. Ducis tempore, ad hanc diem, multa
 cum religione celebratur. Est præterea à Venetis,
 contra Ligures non procul à Tyro, rursusq; circa
 Cretam, feliciter pugnatum. Verum laboraba-
 tur vehementer à Latinis, per id tempus Byzant-
 ij, nam Theodorus Ioannis Diplobatacii filius,
 tam difficile eis negotium exhibebat, ut Venetos
 per nuntios, semel atque iterum monere sint coa-
 çti, quatenus nisi eis properent suppetias ferre, ma-
 ximo in discrimine, eorum res sitæ viderentur.
 quamobrem maturato opus esse, si sociorum salu-
 ti consultum optimè vellent. scire se nullam venie-
 spem,

spem, ab immanissimo hostile sperandam, celerarent itaque ob id auxilia, ne si segnitus, tardius ne subueniretur, capta (quod nollent) urbe, Latinum nomen, in ea orbis parte, penitus aboleretur. Venetus autem cuius viribus maritimis, ad eam diem, res Latina in Græcia florebat, nihil moratus, in hostem cum maxima parte classis proficietur. Sed nuntiata in itinere Theodori morte, in Syriam priorem cursum remensus, ubi maius imminebat periculum rediit. Interim Paleologus, vehementis spiritus vir, Ioannis Theodori filii, tutor fiduciarius; quem postea rerum potum, cum tutela pertederet, sacrilego parricidio, interficere non est veritus, magna coacta manu, ardentibusq; animis, cupiditate veteris decoris recuperandi, Byzantium plurimum infestabat, eamq; per insidiias, partim cæsis, partim etiam per summum scelus corruptis custodibus, non legitimo pugnae genero, concubia nocte capit: ferentibus tunc Genuen sibus, ad tam infandum facinus, scelestumq; flagitium opem. est ea clades eò facilius Latinis illata, quo minus fuerat tunc ab ipsis expectata. Insidiaricertè id fuit, non bellare, opprimere non vincere. Capta est itaque urbs, sexagesimo fermè an

no,

uo, postquam à Venetis & Gallis, fuerat Græcia adempta. erat tum urbis Antistes, Panthaleo Iustinianus, qui cum vehementer ea de re esset sollicitus; fiducia plenus, extremam belli aleam, auxiliaribus etiam quibusdam copiis, quas Marcus Gradonicus, urbis Prætor, tumultuarie fecerat, tentare intrepidè fuisse aggressus, si satis explorata habuisset, qui hominum, suis partibus fauerent. Quare cum nequaquam resistere viribus potuisset, deploratis iam rebus, Græcia est coactus decadere. Reuertitur interea Zenus Venetias, licetq; ab omnium ordinum viris, ob victoriam par tam, benignissimè fuerit exceptus, Byzantini tamen Imperii amissio, non paruam illi triumphi partem ademit. Verum præmia postea amplissima, ciuitas ei liberaliter tribuit. nam Leonardo Venerio Procuratori vita functo, mox successor est datus.

M A R C I M I C H A E L I S Elogium.

VICTORIA quæ natura insolens est & superba, adeo Paleologum, ingenio ferocem, & quod

quod Venetos & Gallos, metu cessisse credebat, vehementer incenderat, ut explorato eorum itinere, in spem maioris victoriae adductus, perinde ac si virtute prius, non dolo & astu viciisset, eorum loca, quæ olim Byzantini Imperij fuerant, infestare pararet. Veneti verò qui nunquam inimicis succubuerunt, nec fortunæ quidem, M. Michaelem, fortis & præpotentis animi virum, cum duodeviginti triremibus ad Ionij & Aegæi Insularum præsidium decernunt, suntq; paulopost, se ptem supra triginta additæ; totiusq; belli administratio, ad Michaelem qui nuper fuerat Imp. electus, magna cum autoritate est delata. Sed erant inter eas nonnullæ, quæ pedites vehebant, tum sagittarios, tormentorum præterea, ac machinarum expugnandis urbibus copiam ingentē. Imp. autem qui sacramento adhibito, in verba iurauerat, nullam se occasionem, in Paleologi rebus, quoquomo do infestandis, unquam prætermisserū, potuisset eū facile, Imperio deturbare, nisi Genuenses (quod id minus è re sua videretur) totis viribus, summisq; conatibus obstitissent; quibus vel ob id, Chios celeberrima mediterranei Insula, à Greco dono est data. Verum Michael clavis. Imp. fiducia plenus,

nus, quòd intueretur, si qua necessitas instaret, suis
tutum esse perfugium; locorum præfectos, per li-
teras, & nuntios monet, ne quid timide tamereue-
agant, acrius si opus sit, ad pugnam incumbant,
fesciant eis nunquam defuturum, quando id in pri-
mis à Senatu fuerit demandatum, ut belli pericu-
lis circumuentos, auxilio & opera leuaret, tyr-
rannicosq; spiritus, nec insolescere grauius, nec
diutius ferendos permisurum. Quamobrem præ-
terquam quòd ad omnes insanos hostium conatus
inhibendos, nihil non profuit, Gulielmum etiam
Galici sanguinis uirum, Achae & Bythiniæ
Principem, quem Paleologus in vinculis diutius te-
nuerat, eaq; conditione dimiserat, vt Epidaurū
munitissimum oppidum, quod hodie Maluassiam,
visitatori vocabulo nuncupamus, Byzantinis trad-
deret, quiq; arma contra Venetos sumere frustra tē-
tarat, arte superauit. nā Venetus, quem nullum ho-
stium consilium latebat, vtq; erat præsenti ingenio,
sic Gulielmum postlimnio reuersum fouit, sic ma-
xima liberalitate, & officio sibi conciliauit, atque
familiarissimum reddidit: vt omnes vires, quasi
cunque ad eam diem haberet, ad Græcorum dam-
na, pernitiemq; conuerteret. Sed Marcus, electo
postea,

postea ex Eubœa insula, Friderici. III. filio spu-
rio, qui Græcas parteis secutus, Constantinopolia-
tanis in primis per id tempus fauebat, non par-
ua insulæ parte, est potitus. Verum cum clas̄is ad
Eubœa expugnationem, intenta esset, tres Vene-
tæ naues, quæ per Hellepon̄tum, & Propontidem,
loca multa incursionibus vastabant, ad Bospho-
rum usque, prospero fortunæ cursu, erant progres-
sæ, à decem Genuensium triremibus circumuen-
tæ, post non paruam hostium cladem, captæ reman-
serunt. atroc x fuit pugna, desperatio cogit victos
omnia audere, victores indignatio excitat. uicit
tamen Ligur, victoriaq; est abusus. nam captivi
ad unum fermè, crudelissimè fuerunt interfecti.
nonnulli qui sorbitò in Paleologi ditionem venerant,
debacchante impii Principis iniquitate, luminibus
sunt priuati. Inde saeiente hyeme, cum nihil a-
liud ab hoste moueretur, Imperator classem in ur-
bem duxit. cumq; in Senatu pulcherrimè staret,
Patres illum Procuratoria dignitate, in locum Ia-
cobi Cont. qui Dualem sedem, meritò fuerat ade-
ptus, illustrarunt.

GIL-

GILBERTI DANDVLI

Elogium.

NE suarum rerum Veneti, obliti aliquæ ex parte viderentur, vere nouo, duas, & triginta naues, contra Ligures, & Græcos, qui simul fœdere iuncti, Venetorum loca, variis incursionibus, via sibi ferro facta, infestabant, educunt: cuius Imperium Gilbertu Dandulo, viro utraque fortuna præstanti, demandare Patres, accuratè contendevint. qui animosè ac viriliter provincias sumens, sine mora, copias ad bellum comparat, atque Diuina prius, humanaq; omnia quæ assolent, cum perfecisset, præsenti admodum animo, commodè diligenterq; in Græciam uenit, atque utraque hostium classem, non solum fortiter, & strenuè, sed consideratè etiam, atque sapienter est adoratus. accensis utrinque animis, ad arma discurritur. Dandulus tūm quid Veneta virtus, valeret in bello, constanter ostendit. In quos facto impetu, quum irrupisset, anceps prius mars, atque ingens, irritatis hinc inde animis, oritur cædes. Suus enīcuique animus, virtutis memor, adhortator adserat. instruunt pariter utrinque acies, artibellie, ac

ac insidijs militaribus, utrinque ingēna intēnduntur, hinc de gloria, indē de libertate, quæ omnium rerum est charissima, fuit dimicatum. Sed postquam impetum aliquandiu fortiter hostes talissent, ad ultimum, suis iam diffisi viribus, coacti sunt terga dare. quatuor Genuensium naves, media trepidatione captæ remanserunt. quæ acceptæ plaga superfuerant, plus dimidio concusse, multisque minimum vulneribus, malè affectæ, rostraque plurimarum, validissimo confuctu detrita, dissipatae abierrunt; atque sese in Epidauriensem portum receperunt, cum multi prælio cæsi, nonnulli turpi fugæ dilapsi fuissent. Dandulus mox, ut ea clade hostes affecerat, latus re integra, domum reuertitur, atque ut in bello, sic in toga illustris deinceps est habitus.

ANDREÆ BAROTII
Elogium.

IN tanto, tamq; incredibili bellorū ardore, et quasi turbine, cæteris uel metu peregritis, uel temerario pugnas affectis, Andreæ Barotius unus est inventus, qui id auderet; quod omnium fugifset, & formidasset audacia. Enimvero quum Gilber

bertus Dandulus, insignem victoriam, de hosti-
bus retulisset, nonnullæ aliae Ligusticæ naues, que
ab eodem disiectæ, veluti Palantes, maria circui-
bant, quum circa Aegaei insulas, vela darent,
treis Venetorum onerarias, commeatibus onustas,
dum nihil minus, quam hostem expectarent, subi-
to incursu, modico sanè certamine capiunt, ab-
stractas secum protraxerunt, easq; paulopost, su-
biecto igne incensas concremarunt. Verum ad e-
iusmodi iniuriam vindicandam, Veneti ingenti ffi-
mulo adacti, Barotium, cum quinque, & quadra-
ginta triremibus, maris Imperio, magno ordinum
cōsensu præficiunt; qui uotis ritè nuncupatis, animo
sè & viriliter, è portu proficiscitur, atque Mediter-
raneo prius mari transmiso, in Siciliam, mox ad
Melitham, classem duclavit (nihil enim virtu-
ti sue inuium existimabat) quod hostes adesse, per
actuarias quasdam naues, quas exploratorias ap-
pellamus, certior antea fuerat effectus. Sed per-
culit nouæ classis fama, Genuensium animos, ve-
hementerq; fuerant, de tanta, ac tam numerofa
classe soliciti: futurum nanque arbitrabantur, ut
si ea nauium multieudo, Duce Barotio, cum sua
classe manum conservisset, brevi de tota mari pos-

H sessio-

sessione pellerentur. Quare proprijs tum finibus,
 timidè ac muliebriter, in gineceo inclusi, (grauio
 ri enim verbo uti non libet) pugnam detrectarunt.
 quod ægrè ferens Barotius, Ligusticæ ditionis loca.
 permulta, solo æquauit, nonnullis etiam ingentem
 vastitatem intulit, nulliq; rei pepercit, in quā fer
 rum, ignisq; sænire posset. demum cum Ligusticum
 mare, totum perlustrasset, hoste nusquam reper-
 to, cum classe in Syriam venit, atque non procul
 à Tyro, nauem vnam Genuensem, magnitudi-
 nis eximie, cui Oliuæ nomen, milites imposuere,
 Syriaca merce onustam conspicatus, in eam inua-
 lat, captamque nautis in prædam donat. hoc præ-
 claro successu excitati, Tyrum urbem Genuensem
 natura, & arte munitissimam, frustra oppugna-
 re contenderunt; nam oppidanis acrius resistenti-
 bus, suscepitam provinciam, deserere sunt coacti.
 maioris namque videbatur ei esse victoria, que mi-
 nimo probro, quam quæ Christiano sanguine eme-
 retur. Barotius cum Remp. præclarè gesisset, pa-
 triam reuisit, atque cum in ea diutius florisset,
 liberis non paucis post se relictis, felicissimè obiit.
 Sunt qui volunt, ex Andrea Barotio, tanquam
 à præclara, nobilissimaque arbore, omnes ex ea-
 dem

dem familiæ propagatos, ex quibus cùm multi ante extiterint, hi tamen (ut omittam ceteros) præcipui, omnium iudicio, sunt habiti, Benedictus Barotius, qui cum quadraginta & eo amplius magistratus obiisset, Consiliarij demum honorem adeptus, immatura morte, fato concessit; liberis tribus post se relictis, ex his Io. & Franciscus, moribus & doctrina præstantes, sacris sunt initiati, hic Taruifinæ, ille Bergomensis Ecclesiæ Antistes. Sed Bergomensis, quàm post homines natos, præstantissimus haberetur, Senatus Veneti ampliss. iudicio, Patriarchalem sedem, Venetijs magna cum laude est assecutus. Aloisius deinde horum frater, cum honoribus ampliss. & laboribus maximis perfunctus esset, demū grauiß. Decemuirale munus adeptus, medio vite spatio, lucis usuram amisit. filijs non paucis relictis, inter quos, fuit Petrus Patauinus Antistes, patrum nostrorum ætate, præclaris moribus, excellenti- que virtute insignis, & sæculorum omnium memoria dignissimus,

MARCUS GRADONICI

Elogium.

M A R C U S Gradonicus, per omnem etatem, bellis quamplurimis assuetus, tam optimamque sublimem, pro patria operam nauavit, ut multis preferendus, merito videatur. Namque cum Praetura, Byzantij innocentissime fungeretur, eadem porum nouitate, qua civitas per proditionem, est Latinorum manibus erupta, Lascaris postea cef- sit, fortiter quoad potuit, cum Panthaleone Inst. illius urbis Antistite se gesit, ubi enim res aliqua preclara versabatur, ibi semper impigerumque se exercuit. aderant enim illi veluti comites, labor in negotiis, fortitudo in periculis, & industria in agendo, quod clarius demum est visum, quando contra Ligures, qui cum ingenti classe, Venetae directionis loca, in Aegaeo infestabant, ei summa Imperij administrandi, belliisque gerendi, communis consilio, cum decem longis nauibus est demandata: qui primo congressu, treis Genuensium naues, quibus Lanfrancus Borbonius praerat oppresit; licet Iacobus Dandulus, qui ob rem preclarè gestam, Procuratoriam postea dignitatem adeptus, septem triremium

remium præfetus, bonam illius victoriæ partem, sibi tūm iure quodam suo vendicarit. Sed ea quæ se quitur, est multò quām illa celebrior, nam Grædonicus magno constantiq[ue] animo, suis auspicijs, adeò Genuensium vires fregit, & dissipauit, ut omnia sua, tūm moritura arbitrarentur. Satis enim constat in Siculorum conspectu, ad Drepanitanum sinum, quatuor & viginti Genuensium triremes, aut captas, aut alto-mari fuisse demeras. duo millia ac quingenti Ligures, viui in manus victoris venerunt, mille & ducenti desiderati, longè plures vel vndis, vel alia vi occubuerunt, nonnullis etiam signis amissis, quæ Venetias, magna cum laude, fuerunt aportata. reliqui qui cædem evaserant, agrè post multa accepta vulnera, cum quatuor tantum triremibus, quæ superfuerant, se receperunt. Sed inflammatus Ligur puto post, classem reparat, quæ per Aegæum, atque Myrtoum mare ducta, nauem vnam Venetam, magnitudinis non vulgaris, preciosissimis mercibus onustam, ad Eubœæ Eurippum aggrediuntur, eaq[ue] sunt potiti. mox in Cretam allati, insulamq[ue] populantes, Cydonem urbem, fossâ valloq[ue] munitam, quam Caneam hodie appellat.

H 3 mus,

mus, diutius varijs bellorum machinis vexantes,
 per proditionem tandem recipiunt, eamque spolia-
 tione penitus diriunt. nec id sustinuit Venetus,
 quin Gradonicus, tribus & viginti triremibus,
 probè ornatis, Ptolemaidem versus, iter flectit,
 atque per Carpathium mare nauigans, octo Ge-
 nuensium onerarias, varia merce onustas, inter
 Rhodum & Cyprum repertas, modicoque negotio
 captas, Venetas celeriter misit. Inde inter Ty-
 rum, & Ptolemaidem, Phœniciae urbes, claf-
 ses congreffe, acerrima pugna, ancipitiique præ-
 lio, est aliquandiu pugnatum. Sed Venetus supe-
 rior, quinque hostium naues, ex duo de triginta,
 que usque ad internitionem dimicare statuerat, ce-
 pit. Quarè his rebus toto supero, inferoq; mari, con-
 tra Ligures feliciter gestis, domū Rep. ex animi sen-
 tentia stabilita reuocatus, tanquā in triūphū duxit.
 Verūm cùm inter pugnacissimos Imp. vnicus pro-
 pè excellere, videretur, paucis post annis, nouum in
 Cisalpina Gallia oritur bellum, exorta enim inter
 Venetos, & Bononienses, qui bonam Flaminie par-
 tem obsidebant, de finibus discordia, Gradonicus
 cum sex & viginti nauibus, ad hoc ipsum instru-
 etis mittitur, qui cùm obvia cuncta prostrauisset,

eos

eos tandem debellavit, pauloque post Anconitanos, qui legi de porturijs à Venetis latæ, fraudem facere, sæpiissimè fuerant conati, ingenti occidente fudit fuga nisique, legem enim tulerant Veneti, ut omnes qui intra Phanaticum sinum, et Padi fluminis ostia, negotiorum causa nauigarent, vectigal Reip. penderent. Plerique etiam fortissimi viri, clari in ea expeditione fuere, alijs alio tempore, legati nomine miseri, quorum opera eximia, in rebus gerendis potissimum extitit. non animosè enim solum & fortiter, sed consideratè etiam, sapienterque Rempub. gessere. hi fuerunt M. Baduarius, nouem triremium præfectus, cui Panchratius Barbus, successor est datus, transactoque pari termino, Iacobus Dandulus mutitur, qui cum Gradonico, Lanfracum Bononiam antea oppresserat. fuitq; ob hæc in patriam merita, Procuratoria dignitate donatus. hunc excipit Ioannes Teupulus; postea Gerardus Longus, quem Andreas Zenus, & ipse, ob strenuam nauitam operam, Procurator à patribus declaratus sequitur. huic Andreas Canalis successit, quo reuerso, Panchratius Maripetrus, prouinciam sumpsit; eamque cum Io. Mauroceno, aliquandiu prudentissimè rexit, atque simul cum Marco Gradonico,

H 4 qui

qui toto belli tempore, Imperatoris munere, præclara
rissimè fungebatur, totum negotium est confectū.
Sed Gradonicus insigni hac victoria clarus, in pa-
triam reuersus, magnis laboribus fractus, diem o-
bit; Petro filio, glorie & fortunarum hærede re-
lictō, qui magistratibus plurimis prudentissimè, at-
que innocentissimè functus, Procurator demum, in
locum Superantij Principis suffectus moritur.

ANDREÆ BASILII
Elogium.

A N N V S ni fallor, alter ab undecimo tūc
agebatur, ex quo perniciosissimum illud bellum,
inter Venetas & Genuenses, fuerat ligurum perfidi-
a obortum; quando Gregorij Pont. Max. opera,
sublatis de medio armis, quinquennales induciae,
languentibus partium animis, quos cùm periculo-
ram, tūm etiam laborum varietas plurimum frege-
rat, hinc indē sunt pactæ. neque enim eorum ani-
mi, ad diuturnam pacem, inclinari ians posse vide-
bantur. Sed ne Venetis, terra mariquæ duntius fati-
gatis, vacatio ab armis, interdum daretur, nouum
atque penè incredibile, nascitur incommodum. Iu-
stino-

Itinopolitani namque, qui in Venetorum fidem, tandem quicuerant, solicitati à Raimundo Turriano, factioso alioqui homine, qui Nouocomensem antea Episcopatum gerebat, moxque Gregorij eius nominis XIII. Pont. Max. iudicio, Aquileiensis Antistes declaratus, animos ad defectionem parat, quibus cum Aquileiensis obnoxie, nimiumque facueret, subito signa inuenerunt. non ruit hoc aequo animo, Ioannes Dandulus, Senatus Princeps, nam præterquam quod, multa in ciuitate moliri, præclarè studebat, primusque auream monetam cudi insisit, atque hereticorum bona, sub hasta vendi, Pontificis auctoritate, lege perperuo sanxit, audita quoque tam ingratè Ciuitatis defectione, statim Andream Basilium, Ioannis Procuratoris filium, ad eum locum recipiendum, classe omnibus rebus parissima mittit. fuit is gente Patria, à Basilio Constantinopolitano Imperatore, originem ducens; qui cum difficillimam hanc prouinciam, intrepidè suscepisset, optimeque sciret, uerum decus in uirtute possum esse, quæ maxime etiam illustratur, magnis in patriam meritis, non solum honestam mortem fugiendam, sed ulro etiam, pro ciuibus, coniuge, filijs & libertate, rerum omnium charissima appetendam,

dam, pulchrum atque decorum existimauit. Quare conscriptis nautis, datisque stipendijs, & classe ex omni parte extorta, non aduerso usus vento, altero die, Iustinopolim affuit. Tertia pars eorum, qui tunc fuerant in ciuitate, viribus & etate potentes, Senatus edicto, classem concendit. Insederant oppidani, denso armatorum agmine littus, ad nostrorum accessus resistendum parati. Sed nec Venetus fuit in otio, quippe proras ad littora vertens, sociosque pro temporis ratione allocutus, ad bellum hortatur. est eò loci, diu atque acriter dimicatum, Venetis è suis triremibus egredientibus, contra vero Iustinopolitanis prohibentibus, atque ad naues interdum occursantibus. Veneti tandem triremibus egredi, positisque loco idoneo castris, hostem bello premere coeperunt, eumque aliquantū submouentes, castris fermè exuerunt, quos inconsultus paucor, fugam compescere compellebat. direxit prælium cæca nox, & Luna silentium. postero die Basilius cum insomnem noctem exegisset, pugnam inire ardenter cupiens, machinis bellicis nō pacis paratis, urbem circumquaque aggreditur; resistentibus acriter oppidanis. Venetus cum multa cæde, vel ob id quod aduersum solem, intueri non po-

te-

terat, est reie^tus. Sed in ualeſcētibus demū animis,
ferro, igne, & machinis, ciuitatē duriore quam ante
rea obſidione cingunt. Nihil prætermisit Dux ege
gius, ob ſtudium rei benè gerendæ, quod bello vſui
fore arbitraretur. Iuſtinopolitani interim, quoniam
vires longioris belli ſpatio affectas, Goritianique
Comitis nepotem, virum non impigrum, in acie ce
cidiffe cernebant, obſtinatus rēſiſtere veriti, ne
quid crudelius experientur, (crescebat namque
in dies ſingulos Venetorum numerus) ſe urbemq;
dediderunt; petuntque in Ciuitate qui praeſit, ur
bemque in officio contineat. quo facto, illius ditio
nis oppida, quæ defectionem fuerant ſecuta, & in
hiſ Tergestum, Romanorum olim colonia, quæ ab
Henrico Dandulo, Ciuitatis Principe, antea bello
domita, tributum quotannis predebat, nullo amplius
expectato belli euentu, arma depoſuere. Iesuiani
uerò & Piranenses, qui etiam defecerant, ad Ve
netos rediere. Aderant tunc in caſtris, pa
trity viri, Marinus Maurocenus, Becceda cogno
mento dictus, terrefrium copiarum ducor. M.
Cornelius. Marinus Maurus. Thomas Quirinus.
& Peratius Gradonicus, qui Procuratoriam po
ſtea dignitatem, honorifice est adeptus. hi legatorū
nomi

nomine à Senatu, ad Aquileiensem Antistitem
confecto bello, sunt profecti, pacemque inter eum,
et Venetos, & quissimis utrinque conditionibus fir-
marunt. Victoria parta de Istris, secundo postquam
pugnare cum eis, incepsum fuerat anno, Basilius,
relicto validissimo ad urbem præsidio, in patriam
triumphans reuertitur. Patres vero, Iustinopolita
sum praetorem, Rogerium Maurocenum, tunc pri-
mò delegerunt.

ROGERII MAVROCENI

Elogium.

NON possum non vehementer, Christianam
calamitatem, hoc in loco deplorare, simulque Ge-
nuensium plusquam ferinos animos detestari. nam
cum Sultani Aegyptij Imp. nefandi hominis fero-
ciam, qui Christianum nomen, ex Syria postea sur-
stulit, auxiliari Venetorum classe, procul ab ea re-
gione arcere, modico quidem negotio potuissent, vi-
res omnes suas, et neruos in Venetos, tam bene opti-
meque de Christiana pietate meritos concitarunt;
corumque otium et quietem, omni voluptatis gene-
re gratiorem, alienissimo Reipublicæ Christianæ
tem-

tempore, foedantes euerterunt; atque de legitima
 sua maris possessione deijcere, validissima classe
 tentarunt. his enim tantum inerat audacia, ut to-
 tius maris Imperium, tamquam sibi debitum, asse-
 rere niterentur, neque belli causas querere, neque id
 iuste indicere solebant. sed id duntaxat putabant le-
 gitimum, quod saeuia eorum in Venetos libido insis-
 set. Enim uero inter hos populos, emulatione Impe-
 rij atque virtutis, discordiae iam pridem exortae, ma-
 nifestè nūc gliscere coeperūt. ad quoru[m] impetus repri-
 medos, Rogerius Maurocenus mittitur, qui Iustino
 politana Prætura, integrè innocētissimeq[ue]; nuper e-
 rat functus, qui que ex ea familia dignus censem[er]etur,
 ex qua Andreas Pannoniae Rex, ortus natalesque
 maternos habuerit. erat huius viri excellens belli,
 pacisque tempore virtus, qui parata classe, acce-
 ptoque ab Episcopo, more maiorum militari vexil-
 lo, ligustica classe nusquam reperta, trigesima post-
 quam oram soluerat luce, Byzantium affuit, subi-
 toque Perinthum, Genuensium coloniam, non igno-
 bilem quoddam urbem agreditur, Liguribus à Mi-
 chaele Paleologo Imperatore, ob latum ei contra
 Venetos auxilium, dono datam, habet hæc peninsu-
 la formam, estque duobus fermè stadijs, à Constan-
 ti

tinopoli dirempta; quæ in longum ad stadia aliquot
 proteta, circa medium deuexa, cornibusq; hinc indè
 paululum reductis, theatram formam videtur ex
 primere. locus ad conuehendas merces, ultro citroq;
 peropportunus, virique populo portum efficiens,
 quam olim Galathæ populi incolebant. ad quos D.
 Paulus fidei nostræ, heros magnanimus literas de-
 dit. Peram nunc à breui traiectu, græca voce di-
 Etam, Sabellicus scriptor grauissimus testatur, Iu-
 daice nostre Venetæ, speciem quandam exhibere,
 Antonius Ericius, qui Præturam magna nominis
 celebritate Byzantij egit, sèpius me per literas mo-
 nuit. hunc locum Maurocenus dissipat, & adæ-
 quat, ut ne loci quidem vestigium ullum extiterit,
 ne ligures dirupta ædificia, restituere aliquando co-
 narentur. Inde remens so Hellestanto, per Pamphy-
 lium mare, Phoceanam Ioniæ urbem deuenit, Mica-
 li oppositam, Phocensium Græcorum olim coloniā,
 propè Aurei Hermi fluminis ostium, qui Aeolia
 ab Ionia diuidit, Folia Vetera, recentiores appellat,
 Genuensium ditionis; urbem ipsam vallo fossaque
 munitam, Venetus telis, tormentis, machinis oppu-
 gnans, primipilos, ac præfectos sèpius obtestans, ar-
 ma capiant, hostem vlciscantur, hostiumque locum

om

omnino deleant. Oppidani muris clausi, cum se nihil segnius tutarentur, essetque anceps alea martis, Rogerius militaris scientiae capax, cum armis, apertaque vi capere haud posse cerneret, formidaretque auxilia hostibus aliqua ex parte breui adesse, cuniculus suffodere, tam vastis specubus iussit, ut vrbs ferme tota pensilis esset, ruituraque mox videretur. Quare ligures perspecto aperto periculo, se dediderunt, paci prius ut emigrarent; neque id difficile obtinuit ligur; nam de gloria tantum, virtute duce, à Venetis est cum his dimicatum. Maurocenus habita vrbe, nihil habuit potius, quam eam in hostium inuidiam euertere, ignique consumere: sicque clariss. olim oppidum, incendis & ruinis interiit. Paleologus tunc & Genuenses, cum posse iam Venetis armis resistere diffidenter, Turcas immannis. Christiani nominis hostes, tunc primum, in Europam traduxere, qui Regem tamen summūve Imperatorem non habuere; nam diuisi per Tetrarchas & Regulos, cum imbellibus populis, Constantiopolitanisque Imperatoribus, suo arbitrio, bella gerere consueverunt. Mox Rogerius in patriam reversus, nihil non semper egit, quod ē Rep. fure videatur. quo animo & consilio tandem vixit, quoad

præ-

præclarissimis honoribus optimè functus, ad eum locum euolaris, ad quem, optimo cuique facillimos adiutus patere, nemo bonus, unquam dubitauit.

IOANNIS SUPERANTII
Elogium.

IOANNES ex nobilissima Superantiorum familia natus, ac per omnes dignitatis gradus, ad Ducatus apicem electus, maiorem nominis sui famam, ex maximis in Remp. meritis collatis, posteris relinquere, animosè ac viriliter contendit. et quum nihil ex rebus humanis præclarus, aut præstantius esse arbitraretur, quam de Repub. & patria bene mereri, pro breviori vita spatio, diuturnam nominis, & famæ memoriam, sibi parare studuit. quippe cum Pataninos, intra suos fines stare coegeret, moxq; Ferrariam, ad Eridanum sitam, à Frisco Estense, quem Azzon, ex Ancilla domestica, furtivo congressu suscepserat, Venetus ex pacto concessam, probè administrasset, demum aduersus Ligures, Veneti splendoris, hostes non vulgares, à Senatu, quinque & viginti triremibus instrutissimis, inclinante vere missus,

non

non paruum de victoria triumphum retulisse est visus. Nam cum multa incommoda Genuensibus intulisset, illud memorabile præter alia videtur, quod longa quidem atque diffcili admodum nauigatione, per Hellespontum, Bosphorum Thracium, Propontidem, Euxinumque pontum usus, Theodosiam hodie Capham, Tauricæ Chersonesum urbem, tunc Genuensium Coloniam, soli fertilitate præstantem, aerisque clementia saluberrimam, ac portum vel centenis nauibus accommodum, magna militum vi oppugnat; finum commeatibus peruum præcludit, ne quis urbi aditus pateat, vias adegit, nullum machinarum genus est prætermisum. Urbs eodem fermè die, quo ad eam venerare, imperante Superantio viro fortissimo, oppugnari est cepta. Sed oppidani cum nullo præsidij genere, in urbe carerent, forti animo resistunt, pro mortibus pugnant, fossa procul Venetos prohibent, neque commeatibus, neque alijs, ad belli usum necessarijs diffidunt. Contra Veneti vincere assueti, urbem omni ex parte inuadunt, cædes hinc inde maxima oritur; non interdiu, non noctu, quies datur. alijs alijs in orbem succedebant. Superantius

I. chius

cuius illustris fama, nullo tempore consenseret, in prima acie, in hostes ferebatur: igneque missili, nonnulla urbis tecta incendit, eaque via, insanam quan-
dam Genuensibus trepidationem imicit: demum-
ferro, audacia, viribus, & animi obstinatione, Ve-
netos perrumpit, urbeque posita, amotis Gemen-
sum signis, Martiana vexilla in arce collocat. usus
est in ea victoria Superantius, magno ferociae, hu-
manitatisque temperamento, humanitate enim ple-
nus, in paucos sauit, & eos tantum qui acrius pu-
gnarant: quos autem belli calamitas reliquos fece-
rat, armis spoliatos dimisit; suis vero ingente pra-
dam, pro dignitate donat, uitam patriæ. & fami-
lia munificentiam, ac liberalitatem in primis secu-
tus. Indè discedens Venetus, versus Meotideum pa-
ludem, ad Propontidem, & Cimmerium Bospho-
rum nauigans, coactus est in ea Septentrionali pla-
ga, tunc hybernare. ob idque milites, in eo cœli tra-
etu parū assueti, gravissima incommoda, ob glacia-
lem locum sunt perpessi. Sed mox ut ei per cœlū
licuit, Venetas classem vexit. noster n. exercitus,
& si prælijs usus erat secundis, tamen nimia lon-
ginquitate locorum, ac patriæ desiderio commoue-
batur. nec multò post cum aliquantū ex ea prouin-
cia,

ciasq; Imperio; laudis fuisset adeptus; Marini
 Contanena Procuratori ordinis viro, vita functa,
 cunctis ordinibus acclamantibus successit. cumq;
 sepe enim minus illud, fide opt. constantia, &
 dignitate obiisset; in locum Marini Georgij, Duxis
 defuncti, qui ob vitæ integratatem, atque innocen-
 tiam, Sancti cognomen est adeptus, fuit suffecitus
 quam verò moderatè ac sapienter, in supremo illa
 Civitatis gradu se gesseris, quamq; iustè Remp.
 consilij & prudentie maturitate rexerit, illud ma-
 nifestè declarat, quòd amplissimum, ac penè etiam
 dixerim, omnibus formidabile, Decemvirale col-
 legium, semper tamen Reip. salutare, iam inde à
 Petro Gradoaco Principe, ob quandam ciuilis de-
 scordia flammā, bimestre excogitatum, quod cum
 Civitati ita conducere videretur, mox ob multa
 Civitatis commoda, annum, ac dænde perpetuum
 bonorum præsertim approbatione, prudenti consilio
 sanxit. & ut aliqua ex parte, Civitati & pa-
 triæ, deesse unquam videretur, Salinum caput, sic
 à publici salis conclavis dictum, extrui iussit. lo-
 cus ille manalis rostri, speciem exhibere viderat. huc
 onerariae naues, ac namigia omnia, peregrè appulsa,
 in publicorum eundis subiciant, neque vestigia ali-

I 2 bus,

bus, *fraus aliqua fiat accedunt, mercesque in portum exonerant.* & indè postea exportantur, et ad priuata loca importantur. *Douanam* hodie appellamus. *Nauale quoque eiusdem Principis opera, maxima ex parte auctum constat.* hic præterea Procuratoriam maiestatem ampliavit & auxit; ob idq; triplex eorum magistratus, primò in urbe institutus, quorum supremus, *sacris Martianæ ædis The sauris præest*, alter citra Riuum altum, tertius vero ultra, defunctorum legata procurat. Interim moritur Superantius, vir pacis bellique artibus, & in primis clementia longè clarissimus, cum urbem pacatissimam, ac rebus omnibus abundantissimā, posteris tamquam per manus traditam reliquisset. atque in ædicula aureæ Martianæ ædi adiacente, quæ Ioanni Christi prævio, & innocentibus pueris est dicata, sepulturæ traditur.

CAROLI ET ANDREÆ DAN- duli Elogium.

NESCIO certè, quonam aduerso, infelicissimoque Reip. fato id acciderit, ut qui iustissime, pro liberis, pro coniugibus, pro libertate denique ipsi sanguine

sa, qua nihil censetur Divinus, armā sumpserant,
 iniquo belli euentu succumbere, & labefactari pe-
 nè viderentur. neque verò id Ducum inseitia fa-
 ctum certè scimus, sed aduersante potius, rerum
 humanarum domina fortuna, quæ in attollendo, op-
 primendoque varia semper est habita. quum itaq;
 non modo fracto, demissoque animo, fuisse ligur,
 ob asperam in Ponto cladem, à Venetis iusto præ-
 lio acceptam, sed multò etiam ferocior, de more suo
 effectus, Lampadio Aurio, duodenaginta nauium,
 vi scriptores grauiissimi tradunt, Imperium decer-
 nunt, vt huiuscmodi iniuriam quoquomodo ulci-
 scretur. Contrà Veneti nihil cunctandum rati, in
 tanto belli apparatu, Carolum & Andream Dan-
 dulos, vires bellica virtute claros, aduersus instru-
 etissimam hostium classem, Duces præficiunt. qui
 statim stipendijs militi datis (neque enim exaucto-
 rati nautæ erant, qui Superantia signa, auspicata
 fuerant secuti, præter paucissimos quosdam causa-
 rios milites, qui militari sacramento, fuerant pau-
 loantè soluti) paratisque omnibus, ad belli præser-
 tim usum necessarijs, in alcum veniunt, cumq; ho-
 stem diu, nusquam vidissent, ac de reuersione, iam
 cogitare inciperent, naues quosdam ligusticas, orien-

I 3 talis

tali merce unius, Siciliam versus malignantes, quod
 cuius altero mari conspectus insequuntur, easque tandem
 interceperat, nullo negotio superant, nautis ad unum
 interficiens. naves deinde Venetus, in Dalmatiam
 secum abducit, spolia quo legit, milibus equissi-
 me distribuit. nec multò post, cum alia non paucā
 hostium nauigia, quæ totā Illyrici oram infestam
 habebant, Danduli reperissent, omnia ad ceterorū
 formidinem, aquis demiserunt. Latus Venetus,
 ad Crotyram migrat, in portum, insausto omni, e
 fatis ita trahentibus, se recepit, cum triremibus
 quinquaginta, quibus Andreas Dandulus, insana
 febre correptus præcerat. Carolus verò qui pluri-
 mū formidabat, ne si uno loco, classis tota ma-
 neret, rei frumentarie angustijs premiceretur, refe-
 ñto milite, cum sex et quadraginta triremibus,
 quas ipse ducebat, inde oram soluens, atque hostiū
 latebras diligentissime perquirens, superum infe-
 rumque mare felici nauigatione circuibat; nec per-
 sequi pradones, purgareque latrocinijs infesta loca,
 et latebras excutere cessabat. demum à Celoce-
 Rhodio nauigio certior factus, decem Genuenium
 triremes, Hydruntum versus nauigasse (est id op-
 pidum magna Gracie, iuxta Ionum mare) in-
 genti

genti cupiditate hostes insecatur, nullamque bene-
gerendi occasionem, prætermittere cupiens, Apu-
lianum versus, rostra vertit. Sed vana spes lusus, cum
inde veller discedere, reflatu aliquandiu fuit iacta-
tus, per Aegæum tandem, ad Leucādis promonto-
rium, quod Nerithos olim, hodie Sancta Maura di-
citur, fractis ob diuturnam pelagi tempestatem, ex
ventorum nimis asperam, iam viribus deuenit; ibi quod
diutius permanere est coactus, donec triremes, que
compagibus laterum laxis, mergi penè videbātur,
in terram subductæ, denuo reficerentur. Ligur occa-
sionem rei bene gerendæ nactus, quod probè scires,
classem in duas parteis esse divisam (quæ res eum
quoque aliquanto audaciorem fecit. quippe Genuen-
sibus mos erat, hostem prius arte, quam armis op-
pugnare) è Sicilia soluens, in Apuliam primò, mox
faelici admodum cursu, Illyricum ultrò citroque
perlegens, Venetum tandem, noctu dormientē rep-
perit, hostiumque aduentum, minimè eo tempore
expectantem, ac nauium numero multò inferiore.
quo audito Dandulus, qui febri adhuc, non mediocri-
ter laburabat, è lecto vix agè reuulsus, atque ino-
pinato euentu conterritus, raptim scuto ex gladio
assumpsis, catena inermis, ad arma conclamat, tu-

bas canere iubet, milites ac Dux hortatur, ut confessim arma capiant, ad ferociissimi hostis impetum (si id fieri posset maximè) reprimendum, neque enim terga vertere, neque pugnam detrectare licet. Quare Dux in primam aciem (neque enim prudentia illi, aut fortitudo deerat) sua triremi cōsistens, atque inter confertissimos hostes, socijs fe ostendens, magna voce, suos hortabatur. qui tūm his verbis, tūm etiam Ducis præsentia; vehementer accensi, atque commoti, hostem incredibili alacritate feriunt; concitatissimis animis, prælium aliquantisper geritur. Quippe Venerorum animi, usque adeo fuerant succensi, ut nihil victoria, et Reip. propugnatione, ducerent antiquius, nihilque si iniqua fata uoluissent, gloriosa morte, præstantius reputarent. Sed quum multa in eo armorum confititu, miseranda conspicerentur, nullum tamen tristius, aut miseratione maiore dignus spectaculum, quam Dandulus ipse cernebatur, qui aduersante præsertim morbo, incommoda multa tollerare cogebatur. nam & ea quoque perferebat quæ ne robustissimis quidem corporibus, milites poterant tollerare. neque vero ille, tam sui causa mouebatur, quam cladis, ignominiaeque sue clausi inimicis;

quam

quam ipse incolumem, in patriam reducere, facili posse sperabat: pugnatum est per aliquot horas aeriter, dubiaq; victoria; tandem summo conatu, irruentibus undique hostibus, Veneti in fugam sunt conuersi; ad extremam verò Veneti, hostium multitudine pressi, paßim cadere cœperunt, parsissimi fugiendo evasere: natus ferò omnes, cum Andreas Dandulo Duce, graniter in fronte & peclore vulnerato, capta remanserunt. Capta tunc ad quatuor millia Venetorum constat, Dandulum victimum, ad ludibrium, satieatimque, Ligustice superbis, Lepadius victor seruauerat, ut de viro summae virtutis clarissimo, deformis spectaculo ederetur: cum tamen diu in quaſtione, indiguis iniurijs habitum, atrucissimisque supplicij, acerbissimè tortum se videret, ut tacita patriæ conſilia detegeret, grauiſſimo animi moerore, ad latalia vulnera, ab hoste accepta additā, antequam Genuam perueniret, indigna morte perīt. pars est fortitudinis, cum ab hoste vincaris, liberum animum seruare atque integrum. Sed sciu non deesse scriptores, qui hac in re, tanquam aliud agentes, Dandulum classis Imp. aliter vitam finifſe affirmare conantur, atque eiusmodi fuisse, Danduli

duli exitum demonstrare contendunt . qui ubi se in triumphum seruari conspexit , declinanda pante ignominiæ causa , caput aduersæ nauis , tandem illidit , quoad animam exhalaret . quod vix eredi posse arbitror , facile namque sperare poterat , in patriam , iure postlimii reuerti , facta prescrim captiñorum nobilium , qui Venetij publicè custodebantur permutacione . cur enim monsens sibi consisceret , causa non videbatur , cur tamen vitam optaret multæ . Interim Carolus , ardita suorum clade , non modo perterritus , sed etiam alacrior , ad rem fortiter peragendam factus , consilium de inuadendo hoste , iampridem intrisset , nisi subita Senatus denunciatione , Venetias reuerti , fuisset coactus . qui tamen quoad viris magistratis muleis est optimè functus .

BELLETI IVSTINI ANNI.

Elogium.

MVTU AVERANT Veneti antea Paleologo ingentē auri vim liberalissimè , eiq; suppetias amissore tolerant , eo præsertim tempore , quo bellum quinquenniale , aduersus Ioannem Cantacuzenum ,
aliosque

diisque suis feliciter amulos monerat, quoruna
 calliditate & fraude, nuper in exilium fuerat tris-
 sis. illud ratten iustissimum debitum, cum repe-
 tere Venetus, atque iure quodam suo, velle. exo-
 gere, Paleologus homo ingratissimus (patet hoc
 malum tam tate, tamq; facile in hominum gene-
 re) dissimulans Græcanico quodam astu, ingens
 illud aë alienum, iamdiu conflatum, non esse sol-
 uendo, legatos ad id præcipue, Byzantium missos,
 blandis alloquitionibus in dies trahebat, nam per-
 inde ut solitus, omnia iuris pacta, pudoris & of-
 ficij perfregit, præcepsq; in omnem licentiam abie-
 rat, honesta simul atque inhonesta, & humana
 pariter ac Diuina, sibi questui, prædæque esse
 constituit. At Veneti iniuria impatiens, ad eam
 rem vindicandam, continuò classem decernunt. est
 id negotij Bellero Iustiniano, viro militaris scien-
 tie gloria insignito, & multarum rerum usu,
 præcipue claro, à Patribus demandatum, simul
 & Græcorum perfidiam coercent, simul etiam
 de maria, à prædonibus & pyratis defendat. Hic
 maioribus persimilis, cui ingens etiam, animi in-
 erat magnitudo, indofatigabilis laborum tolleran-
 tia, exactissima rei bellicæ disciplina, consilij alti-
 tudo

tudo summa, hand inscius cum quanto, quamque
 rafra hoste, res sibi foret, habere delectum, mi-
 lies cogere, nihil studij & diligentiae pretermit-
 tere, ardentissimeque omnia solicitare coepit, ut
 grauius hosti, negotium exhiberet. milites contra
 eis ita acceptae clavis, pudore perciti videban-
 tur, Veneti etiamen virtutis & fortitudinis non
 immemores, nihil vehementius opribabant, quam
 cum hoste congredi, suos animos ita obfimant,
 Belleti Iust. Imperatoris fortissimi hortatu, ut mo-
 ri, quam cedere malint. quae res alacritatem Im-
 peratori attulit, & Reip. defendendae, & spem
 recuperandæ dignitatis. hoc bellico apparatu, oram
 soluit, atque irrequietâ velificatione, Corcyram ve-
 nit, max supplementis, ex Eubœa & Creta acce-
 ptis, septem & viginti triremes, instructissimas.
 habuit. quæcum valida Græcorum classe congres-
 se, eam dissipat, atque totam fere, in suam pote-
 statem, cum remigum turmis, socijsque nauali-
 bus redigit, laqueo cunctis suffocatis. inde ad po-
 pulationem conuersi, omnia Imperij loca, ignifer
 regi; vastant, cuncta diripiunt, cædibus omnia com-
 plent, urbes diruunt, incensa oppida cum vicis;
 quo pacto, perpetua ruinæ, ac incendij monumen-
 ta

ta reliquere. perterritus hostis, pecuniam quam debbat primo reddidit; mox pacem supplex ac humilis, à Venetis tandem impetravit. Iustinianus victor, cum quindecim captiuorum millibus, maliisque triremibus, latus domum rediit. maximo omnium ordinum gaudio exceptus, ob insignem victoriam, nullo suorum incommodo partam, ex hoste, qui fidem, qui ius, fasque violauerat. mansit Iustinianus aliquandiu Venetis, in purpura aſſidue, ad Reip. clauum conspicuus, neque enim ab eo munere abduci, ullo unquam tempore potuit, nec ullo casu constantissimus alioqui vir, ullam officij intermissionem, fieri à ſe patiebatur; sed ea quæ ē Rep. esse uidebantur, vel prouifa prudenter, vel acta conſtanter, tueri atque fouere, ſummo animi ardore ſtudebat. nam præter Ferrariensem motum, qui eo tempore accidit, publica etiam libertas, à nonnullis est fruſtra tentata. quæres fuit in cauſa, ut Iadrenſes, Michaele Mauroceno, urbis comite, foede expulſo, ſextam deditioñem patrare ſint ausi. hanc rei indignitatem, non tulerunt Patres, ſed ad eam urbem in fidem recipiendam, Belletus Iust. mittitur, publico edicto, quo nemo fuerat tūm in ciuitate, ad illud negotium obcundum,

eundum, atque munus conficiendum aptior, nemmo prudentior; à quo cùm mature, omnia necesse faria, non minus armis quam ordine fuissent parata, in Dalmatiam venit, atque apud Iaderam, copijs eductis, suburbana loca incendit, dein ad Cittatem, bellicis machinis non paucis, arte & studio admotis, urbs oppugnari est copta. fuissentq; Veneti facile victoria potisi, nisi Dalmati Hispani generis hominis, perfidia plusquam Punica fuisset, qui cùm equitatui, Patru decreto preeisset, duabus aureorum millibus, clam ab hoste acceptis, subitam ad hostes deditioinem fecit. perculit ea res, non parum Venetorum animos, eosque penitus frigisset, nisi Iust. animosè, ac fuitter, eos fuisset adhortatus, quasi ipse mandasset. cuius verbis spicillata militibus, ac reintegrato animo, cum pro se quisque, in conspectu Imperatoris, in extremis etiam rebus, operam nauare cuperet, hostium imperum, ardoremque restinxit. Ceterum quamquam ab oppugnatione est cessatum, obsidio tamè per totam fere & statem continua, oppidanos ad deditioinem compulit, quibus in fidem per humanè, ac perbenigne acceptis, Vitalem Michaelem urbis Comitem, Senatus decreto, postmodum habuere.

Inde

Inde Venerus, soluens ut optime de omnibus meritis esse videretur, militibus munera, dari iussit, postea per Illyricum classem ductans, Aenonenses, Spalatinos, Tragurinos, Siccenses, aliquae opida, in amicitiam denuò recipit. mox rebus omnibus in Dalmatia pacatis, victricem classem, in patriam reduxit, in qua quod reliquum habuit viæ, lucisq; usuræ, honestissime consumpsit.

IVSTINIANI EIVSDEM
cognominis, Elogium.

IVSTINIANA familia, omnium optimarum rerum alumna, fœcundissimumque virorum fortium domicilium, sic præcipuo incredibili studio, me excitat, atque inflammat, ut nulla in re iucundius, quam in suis rebus versari me putem. nec quicquam est mihi præstantius, quam cum in commemoratione earum rerum, quas ipsi fortiter gesserunt, queque ad posteros, tanquam per manus emanasse videntur, assidue versor. vixque dici potest, quam responderit, non solù meæ, sed bonorum etiam omnium expectationi, familie nobilissimæ splendor & decus, in qua ea certè rerum

rum ornamenta apparent, que mulcet quidem maiora sunt, quam priuata domus capere possit.
 Quarè Iust. Dux longè post homines natos fortissimus, qui à familiæ nomine, auspiciatè nomen sortitus, summis honoribus functus, in hisq; summa cum laude, ac virtutis opinione, multum ac diuersatus, memorabile posteris exemplum reliquit, primò namque, omnium votis clas̄is Imp. designatus, Rempub. capescere voluit, atque in ea administranda, multam magnamque curam adhibuit, cui deesse quoad vita suppetat, cùm turpe alijs, tūm sibi nephias esse putabat. In primisque Diuinam opem implorauit, qua nullum maius præsidium potest optari. demum Imperatoris simul ac militis officia exhibens, arma, munitiones, tormenta parat, certatimque ac solicite curat omnia, ciuibus animum auget, milites ad gloriosum bellum hurtatur. Sed quanto formidolosior hostibus, tanto suis charior fuerat. armatis itaque omnivira, atque industria, contra Ligurem, triremibus quatuordecim, ipsisque feliciter in altum eductis, vicatim quidem e' uppidatim, incendijs ac ruine monumenta fecit, terrificoque impetu, undecim hostium triremes insectabatur, quas ad nonnulla

nulla Venetorum emporia populanda, accessisse incertus quidam rumor, imperitusque sermo, in omnium ore increbuerat. quum tamen id falsum esse, manifeste constaret. ventumque esset in Ponticum usque mare; ad Caphatam urbem, quam Theodosiam appellari alibi diximus, classem admonit, multis undique tormentis urbi appositis. Quare Genuenses, qui urbem incolebant, ne iterum Veneta arma, quæ sub Ioannis Superantij, ductu ex auspicijs, durissimè fuerant experti, nunc denuo grauiora sentirent, in maius ne aliquod discrimen inciderent, in pactionem deueniant, neque vero urbem illam, ob loci distantiam, Venetus tenere potuit. nam Ligur Græcorum armis constantissime fretus, omnia loca, à Venetis direpta et incensa, celeri studio instaurabat. Iust. autem nullo preclaro facinore, tunc pro Patria edito, domum reuertitur, nec multò post iterum bello præficitur, daturq; ei, ex patrum decreto, triremes quadraginta, aduersus Genuenses, qui promissorum immemores, Venetis ad Tauricham Chersonesum, non mediocre negotium exhibebant. cum quibus Venetus prælium conserens, eos vicit; quatuor et quadraginta eorum triremibus, partim mari demersis.

K partim.

partim cum nautis captis . neque enim fas esse do-
 cum redire arbitrabantur , nisi victoria potiti ,
 ne Veneta virtute indigni censerentur . Peren-
 ses qui & ipsi à Rogerio Mauroceno , fuerant
 paulo ante deleti , assumptis aliquantulum viri-
 bus , instauratisque mœnibus , sed qui longis e-
 tiam præliis , ac labore confecti , vires omnes iam-
 pridem amiserant , veriti ne Venetus cumula-
 tissimas ab eis penas exigeret , neue ad interi-
 tum , iterum redigerentur (viderant namque in
 se impetum fieri cœpisse , & sine discrimine ob-
 vios cœdi) quicquid esset in eo belli apparatu , de-
 trimenti acceptum , non resarcire modo , sed ma-
 ioribus etiam adaugeri cumulis , ulro promise-
 runt . quibus conditionibus Venetorum animi ,
 semper ad honesta exmania agenda propensi , ad pa-
 cem sunt conuersi . Indè Iustinianus discedens , an-
 sequam Venetas classem adduceret , nautis binos
 aureos Venetos , viritum distribui iusserit , ut queque
 summi Imperatoris officia , cum dignitate comple-
 ret . reuersus domum primis comitys , Cretæ Infa-
 le , Ducario nomine preficitur , qui cum eam pro-
 vinciam , sibi demandatam , in officio continere ,
 plurimum ac vehementer niteretur , nihil impen-
 sius

fuis quād Patriæ commoda dignitatēq; , toto il-
 lo tempore curauit . Et ut erat præsenti admodum
 ingenio , id etiam effecit , ut quem dignitateq;
 gradu , maiorem haberent , eundem quoque urba-
 nitate atque clementia , minorem sæpius admira-
 rentur . Sed neque tantum operæq; studij , ab eo
 tunc potuit adhiberi , quin aliquid etiam incommo-
 di (fortuna felicitatis nouerat , res prosperas tristi-
 bus sæpiissimè admiscente) pateretur . Si quidem
 Græcum ingenium ex usu suo , aut Veneto nomi-
 ni inimicum , aut etiam infidum , Cretenses ad no-
 uos motus excitandos impellunt ; quos tamen Iusti-
 nianus facillimè , consilioq; prudentia comprescit ,
 Insulamque virtute conseruatam , successori pacat-
 tissimam reddidit , sumpto prius de fontibusq;
 proditoribus suppicio . Quare optimè summaq;
 animi integritate atque innocentia , eo magistratu
 defuncto , vix ei Patria frui diutius licuit . Enim-
 uero Iustinianus vir in rebus bellicis semper exerci-
 tatus , ac in eisdem multùm q; sape versatus , con-
 tra Paganum Turrianum , Patauinum Antisti-
 tem , eundemq; Aquileiensem Patriarcham mit-
 titur . qui Polam , Vallemq; Histriae oppida , que
 dudum Veneta arma fuerant secuta , niq; armis

K 2 auferre

auferre conabatur , fuitque bellum illud à Iust. non
 minori celeritate , & felicitate confectum , quam
 cetera negotia omnia . ob has itaque res , p̄eclarè
 ab eō pro Patria gestas , cum Dei Opt. Max. beni-
 gnitate , & Justiniani felicitate , Veneta res & glo-
 ria , fuisse integra , Procuratoris munere , quod tunc
 presertim auctum fuisse constat , ingenti patrum
 studio , ornari moruit . Mox verò , hoc ipsum e-
 tiam affecta iam etate , difficillimum omnium ;
 pro Patria gerere voluit . nam Patavium Scala-
 nis eioclis , cum Marco Lauretano , & Andrea-
 suo Mauroceno Procuratoribus , legatus mittitur ;
 ad eiusdem ciuitatis statum pacandum . ex ea lega-
 tione reuersus , cum per quadriennium , innocentissi-
 me simul , atque sanctissimè Reip. p̄efuisse , in-
 suorum complexu felicissimè obiit . quem immor-
 talitatem potius , quam mortem affecutum non
 ignoramus . Marco & Pancratio filijs , auita pater
 naq; gloria claris , post se relicta .

M A R C I I V S T I N I A N I

Elogium.

Q V A M lata fælixque successio , feliciorē
 ob id nuncupata , quod qui sunt inde secuti , tales
 meritò dici posuerunt . Enimvero Marcus , maio-
 ribus

ribus suis, rerum gestarum gloria, et virtute par,
 patre vita functo, classis Imperator, omnium vo-
 tis, ex acclamacione est dictus. quare primum
 urbem frumenti caritate, plurimum laborantem,
 suo consilio & opera, qua tunc precipue, in Apu-
 lia Siciliaque est usus, leuauit. quo frumentatum
 cum onerarijs multis erat profectus. demum septi-
 ma Iadrensius defectione, terrestrium copiarum
 Imperator missus, cum Andrea Mauroceno, &
 Simone Dandulo, terrestribus legatis, tunc pri-
 mum novo decreto institutis, ingentem de Vngaris
 victoriam, contra Ludonicum eorum Regem, cum
 centum & viginti armatorum millibus, Iaderam
 sibi vendicare conantem reportauit. fusis enim fu-
 gatisq; hostibus, Regem quoque, primò impetu in
 fugam conuertit, fusum inde ad oppidum persequi-
 tur, atque urbem toties rebellem, Veneta Iustinias
 uaq; clementia, in fidem recipiens; oppidanis co-
 mes est datus. eo magistratu nondum perfunctus,
 D. Marci Procurator, in Marini Foscareni demor-
 tui locum eligitur. mox Patrum decreto, cum An-
 drea Mauroceno, & Nicolao Gradonico, ad eun-
 dem Pannoniae Regem missus, ab eoq; benignissi-
 me exceptus, usque adeo Remp. agere nouit, ut

in decem annos, cum eo inducias pepigerit. reuer-
fus matura etate decessit.

PANCRAFI JUSTINIANI
Elogium.

IN CREDIBILE quidem est, quanta felicitate, quo rerum successu, quantaque animi solertia, in difficultissimis quibusque negotijs obeundis, Iustiniani semper fuerint usi. etenim non felici quadam temeritate, ut plerisque contigit, sed arte, ingenio, consilio, res omni memoria dignas gestere, & praecepit Pancratius, qui optimis quidem Ducibus merito, continuata veluti serie est adsequandus. nam rebus a patre antea, & fratre prosperè gestis, vehementer incensus, Iustinopolitana rebellione, maiorem quam Marcus provinciam sustinuit. In quo ea vis animi, atque ingenij fuit, ut omnia maxima, minimaque per se adiret, atque ageret, nec cogitaret modò, imperaretque, quæ in rem essent, sed pleraque ipse transigeret, nec in quemquam eorum grauius, severiusq; quidam in se metipsum Imperium exercebat; parsimonia & vigilus, atque labore, cum ultimis militum certabat; nec quicquam in exercitu suo præcipui, preter honorem, atque Imperium habebat. neque vero

ro terrestribus tantum copys, sed maritimis etiam fortiter præfuit: unusq; cum utrumque munus obiisset, arma armis propulsare contendens, eos intra paucissimos dies, absque insigni aliqua sanguinis effusione, in fidem reuerti facilime coegit. nec felicior in mari, quā in terra pugna, Iust. Duce fuit. nullo tamen de rebellibus suppicio sumpto, ut enim in pugna strenuus, sic post victoriam, fuerat clemens. his præclarè gestis, Procuratorq; effectus, fratris locum obtinuit, quo postea mortuo, Paulus Lauretanus sufficitur. Hi duo Justiniani, fortissimi quoq; Imperatoris filii, celeberrimi & ipsi Duces, non tam domesticis virtutibus, quibus magnopere præstiterunt, quam bellicis artibus, & rerum gestarum gloria, patri ac maioribus omnibus conferri, compararique merito possunt.

P E T R I Z E N I

Elogium.

Q V V M Turcæ Asiatica olim Scythia oririundi, ab initio apud Asiæ Regulos, stipendia meriti, mox ad dominandum conuersi, vario successu, Pontum, Cappadociamque traieciissent, atque per finitimas regiones illapsi, frequentibus excursionibus, tantum sibi postea virium comparassent, ut

K 4 Galatia,

*Galatia, Bythinia, Phrygia, ac vniuersa denique minore Asia occupata; Hellespontum etiam, cum summo Christiani nominis dedecore, & iactura superarunt. postremò cùm è Syria tandem essent egredi, ex qua Christianum nomen, pauloantè penitus deleuerant, ad totius orbis Imperium, audiens iam cœperant anhelare; factumque est ut nonnullorum Principum soccordia, quorum lentè admodū festinabant auxilia, Genuensiumque & Paleo-
logi Const. Imperatoris perfidia, cum Venetæ potentie resistere, non mediocriter diffiderent; sensim per Europam irrepserunt. quæ res cum iam ad triarios videretur deducta, tantum terroris singulis iniecit, ut Veneti omnium primi, ea de re, cum Ioāne Pōt. illius nominis xxij. literis s̄ep̄issimè, mox nūt̄js accuratijs egerint. missi tunc fuere Philippus Belegnus, Blasius Zenus, & Marinus Maurocenus. Constat & alias, pro tanto negotio, frustra in Galliam missos, ut sacrum foedus, cum ea gente, contrà Turcas, Maumeticamque superstitionem inirent. Demum cessantibus omnibus, & interdum etiam connuentibus, Veneti soli, quos religio (quam sic perditum iri egerimè ferebat) magnopere excitauit, paratis triremibus centum, one-*

rarijsque non paucis, ad commecatum, machinas,
 & alia ad id negotij conficiendum opportuna, bel-
 lum pro religione, aduersus impios, christianiique no-
 minis hostes sempiternos, tunc primum auspicatè
 arma sumpfere. Petrus Zenus, vir cum in pericu-
 lis constans, tum etiam in prælijs fortissimus, indi-
 cendi gerendiisque belli gratia, Imperator decerni-
 tur, qui extremam vitæ aleam, ob publica com-
 moda, subire libentissime, suumque eximium, &
 singulare in religionem, & patriam studium, pro-
 fitebatur, & præ se ferebat: neque apud eos tan-
 tum, qui tunc aderant, sed apud posteros etiam te-
 statum fore, maximè voluit. Enimuero sancta fe-
 licique expeditione, potius quam bello, longè lateq;
 hostes insectatus, totam orientis oram, nauiganti-
 bus breui temporis spatio pacatissimam reliquit.
 multis etiam nauibus ab eis ademptis, omnibus ca-
 priis, summo cruciatu, & suppicio affectis, cate-
 ros infra suos fines, terminosque, extra quos non si-
 ne ingenti, maximoque labore, egredi possent,
 tunc stare coegit. re bene gesta, feliciter cum tota
 classe, domum reuertitur. quem Dux cum miris,
 pro concione laudibus extulisset, maximis etiam,
 & amplijs. magistratibus præfecit. quandoquidem

Ze-

Zenus primus insigni virtute, qua cum animo insideret, corporis quoque robur coniunctum habebat, Turcas bello vinci posse, suos docuit, primusq; de eis opima spolia, in patriam reportauit. quae laus, cum maximo fortitudinis sue splendore, nunquam interibit. nec multo post intericto tempore, distracta etiam aliorum Principum voluntate, Veneti classem contra Turcas, haud segnius parant, qui facta iterum eruptione maxima, maria omnia, circa Rhodum, Cyprum, Cretamque, incursumbus & latrocinij, superbè infestabant. Zenus adepti antea decoris, non immemor, classi præficiatur. qui cùm animo forti, magnoq; effet, ad hostium impetum, ferociamque propulsandam accessit, quorum postea ardorem, gnauiter restinxit. Namque per mediterranea hæc maria præterueretus, post incommoda multa, barbaris illata, Smynam tandem Ionie urbem peruenit, Homeri variis alumnam à multis creditam, ab Henrico Constanreno, & Vitale Michaele classis Imperatoribus, multò antea oppressam. hæc ameno littore sita, amne Mylete effunditur, Apostolorum dogmate quondam celebris, quam Policarpus Christiani ordinis, sectator præcipius, & Episcopali dignitate clar.

clarus, fœlicissime gubernauit. celebris est nunc tantummodo locus, ob laudatissimas vias, inde in Italiam asportatas. Illud ipsum oppidum, Zenus in quo vis animi, consiliique altitudo vigebat, omnium generum machinis, propter fossæ latitudinem, muriisque altitudinem, multis defendantibus, ab adversa urbis parte, tunc ab oppidanis neglecta, quia ex suapte natura, turissima videbatur, ex difficilimis aditus habebat, cuniculos agere instituit, resistentibus mox oppidanis, re infecta, ad alteram urbis partem deuenit, ubi aperto marte, urbem tandem viriliter expugnauit. Zenus in prima acie, semper in hostem ferebatur, ex properans noctem diei coniungebat. oppidani capti, partim ferro, partim interempti, partim remo addicti, urbs ipsa firmiore quam antea praesidio est firmata. pugnatumque est eò loci, tam saepe, quam feliciter contra Turcas, in quos Venetus grassari non destitit. Sed quin multas victorias Venetus fuisset adeptus, atque Deo Opt. Max. debitas gratias, prisco Ciuitatis instituto, non minus religiose, quam pie, in æde non longè ab urbe, que D. Iuanni Baptista fuerat erecta, referre supplex conaretur, atque Diuinis rebus propeno animo, operam daret, superuenientibus ex im-

pro-

promiso barbaris, ad omnes fuerunt imperfecti. mortem eum obire, quam sacra incepta relinquere maluerunt, tantum opera & studij, apud nostros, obseruanda religionis semper extitit. equidem omnia prospera sequentibus religionem, aduersa negligenteribus evenerunt. perijt Zenus, tertio & quadragesimo aetatis sue anno, promiscui sexus filiis decem, post se relictis, quos ex Agnet & Dandula, matrona pudicissima, summo loco nata, antea suscepserat. inter quos Carolus, & bellica virtute clarus, & Senatoria prudentia insignis, patriæ commoda, non mediocriter est tutatus.

M A R C I R U Z I N I I

Elogium.

F E L I C I quidem & fortunato Civitatis eventu, M. quoque Ruzinius, Remp. administravit, qui tertio ligustico bello, vel ob id à patribus suscepto, quod Genuenses, quacunq; vi & arte, Pontici maris cursum, Venetis intercludere conabantur, quinque & triginta nauium, Imp. effectus, incruentam de hoste victoriam reportauit. Siquidem cum damna multa, iniuste tamen, à ligure Venetis illata, legati sèpius, frustraque repetiissent, Senatorius insu, caute in eos mouet; quamplurimis quaque

que lectissimis viris prius euocatis, quorum animis
 mature tentatis, extemplo productis in aciem co-
 pijs, memorabile bellum, tam præclarè gesit, for-
 titerq; confecit, ut palma, dum cum hoste manū co-
 fereret, nunquam dubia videretur. Enim uero per-
 suasum multò antea habebant Veneti, nullo unquam
 incommodo, Imperium suum affici posse, Duce Ruz-
 zinio, immensa incomparabilique virtute prædicto,
 quem bello invictum, pacisq; artibus, nulli secundū,
 diu antea cognouissent. Erat in Venetis triremibus
 milites quamplurimi, multiq; sagittarij, ac iaculato-
 res, uetus patriæ more, apprimè instructi; si naq;
 hostem superare, quam fallere, glorioius arbitraba-
 tur. ab hostibus vero animo magis, et robore, quam
 scientia, pugnabatur, multis ubique erat tumultus,
 & turbulentum certamen: verum Imperator, im-
 mensa incoparabiliq; animi virtute præditus, subla-
 tis signis, cum primos pugnatuum impetus sustinui-
 set, in eos irruens, vicit & profigauit: quasi enima
 Isthmum fodere videbatur hostis, qui Ruziniū bel-
 lo & armis concederet vincere. prælium ad Cary-
 stium Eubœæ insulae portum, à Carysto urbe, mar-
 more quondam nobilitata, fuit commissum, quin
 forte per Aegaeum tempestate, et vi uenorum du-

1105

rius Venetus iactaretur, in pontū nauigatus. Ligur cum quatuordecim onerarijs naibus, partim preciosissima merce onustis, partim etiam militibus, ingentiq; armorum copia instructis, cum Venetiis congregati, & manum conserere nō dubitauit, ex quibus decem cum praefecto classis, & septuaginta nobiles, & strenui viri, in Ruzinij potestatem venere; quos Venetus non modo comiter, benigneq; recepit, sed magnis etiam honoribus est prosequutus; quo etiam in cōflictu, quot hostium fnerint desiderata, quamq; paucos Venetus amiserit, nulli dubiū ofse, certè scio. cūm mille & septingentos, vel occisos, vel in fugana versos, hostium annales testentur. huiuscemodi clade hostibus illata, ex Eubœa discessit, Jonij, Aegaei; maris ora perlustrata, Hellespontoq; felici cursu, explorataq; emenso; falso quodam rumore permotus, per Aegeum rediens, circum eas insulas, quas Sporades, et eas quas Cycladas dicimus, commode nauigans, ad Peram oppidum continentis adiunctum, iterum opprimendum, postmodum est profectus, nescierant Gemenses antea, ingente suorum stragem. quarē nihil prius habuerant, quam oppidum præter loci situm, valde inunitum, ingenti etiam exercitu, bellicisq; instrumentis non paucis,

omni

omni ex parte firmatum vallare. Quamobrem Vene-
netus horum inscius, cum ad eum opprimendum ac-
cessisset, facileq; arbitraretur, posse victoriam obti-
nere, spe frustratus abiit, à quo tamē si qua hostes,
moliri alicubi conarentur, diligenter atque mature
est prouisum. Illius namq; id semper fuit consilij, in
posterum quām longissimē prouidere, cum in huius-
scemodi custodia, tamquam in specula positus esset,
ut Venetos sua vigilia & prudentia, ab omni per-
turbatione, & metu, vacuos redderet. Indē cum di-
fcessisset, circa Bosphorum Thracium, tribus à Con-
stantinopoli passuum millibus distante, felicissimē
contra eosdem ligures, praelium iterum est commis-
sum, atq; Ruziniū Ducis virtute, facile est perfectū;
cōpluribus eorū triremibus, in ea pugna interceptis.
Quare Ruzinius dupli ciuitatis Victoria clarus, ingentem
prædam domum retulit. ea quadringentis aureorū
millibus fuit aestimata. hunc Princeps cum beni-
gnissimē simul cum tota ciuitate excepisset; ita pro
tempore breuiter est alloquitus. Nobis Dei Opt. Max.
benignitate, robore et prudentia tua, Venetæ urbis
res, & gloria est aucta. Sed ne cœlestis beneficij im-
memores Veneti videretur, gratiæ fuere, Deo Opt.
Max. primum actæ, tēplis debitus honor impensus,
ædesque

ædesq; sacrae, fronde festa, à Venetis acerrimis reli-
gionis cultoribus ornatae. et cù religio sanctius à no-
stris, quām à multis aliis præcipue colatur, lege pro-
mulgata, Patres sanxerunt, ut ob tam insignem
triumphum, Ioaannis Baptista Decollatio, quo die
fuit, de hostibus victoria parta, solemnis in poste-
rum perpetuò haberetur; quod ad nostram usque
ætatem, per ducentos & amplius annos, constan-
ter seruari perspicimus; quando & id semper ma-
ximeque facebantur, ductu auspicioq; cœlestium,
cum hoste se confaxisse, neque multitudinis, aut
mortalius virtute, sed superum voluntate, victo-
riam adeptos. Vix ita quanto post Ruzinius, in pur-
pura semper clarissimus, obiitq; senex, relictis post
se maribus aliquot, à quibus qui nunc in ciuitate ho-
norifice degunt, ortos fuisse non ignoramus.

F I N I S.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

